**O**portet tamen infantes cum uoluntate et consensu parentum. immo ab ipsis parentibus oblatos. sub testimonio plurimorum suscipi.
*A64 (C68); B102 (I102, O82)*
*Source* *Coll.quad. 4.225 — BASIL–RVFINVS, Regula 7.4 (ed. Zelzer, 39) | first part*

[D74] **ISIDORUS.**
**Q**vicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus nouerit se ibi perpetuo mansurum. Nam anna samuel puerum natum et ablactatum deo optulit. qui in ministerio templi permansit. {cf. 1 Rg 1:24–8}
*A65 (C69); B103 (I103, O83)*
*Source* *Coll.quad. 4.226, partial, abbrev. — BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 189, Isidore's rule),*[3] *partial*

[D75] **INSTITUTUM PATRUM.**
**D**ie dominico nichil aliud agendum est: nisi deo uacandum. in hymnis. et in psalmis {et canticis *add. sup. lin.*} spiritalibus.
*A66(C70) — cf. B115 (I115, O96), which adds 'dies quoque ... colendi sunt' to this canon*
*Source* *Coll.quad. 4.297, partial, abbrev. — Reg.IV patr. 3.6–7 (ed. de Vogüé, 194), partial, abbrev., adapted*

[D76] **I**d etiam miserationis intuitu. equum duximus custodire. ut pro quibuscumque culpis in carceribus deputantur. ab archidiacono seu a preposito ecclesie singulis dominicis diebus requirantur. ut necessitas uinctorum secundum preceptum diuinum misericorditer subleuetur. atque a pontifice conpetens uictus de domo ecclesie tribuatur.
*A67 (C71); B116 (I116, O97)*
*Source* *Coll.quad. 4.283 — CORL.549.20*

[3] The relevant part of Isidore's *Regula* is not printed by Campos, who believes it to be an interpolation based on CTOL.633.49; cf. *Reglas monásticas*, eds. Campos–Roca, 95 n. to line 89.

[D77] **DE DECIMIS IN LEGE SCRIPTUM EST**
**D**ecimas et primicias non tardabis offerre. {Ex 22:29}
*A68 (C72)— cf. B110 (I110, O92 first part), which combines this canon with Lv 27:30 and 27:32–3, as per Pirmin's Scarapsus*
*Source* — *Ex 22:29, abbrev.; cf. PIRMIN Scarapsus 24 (ed. Hauswald, 98, lines 2–3), which quotes the same scriptural passage*

[D78] **ITEM IN LEGE.**
**S**i intraueris in segetem amici tui. frange spicas et manu contere. falce autem non metas. {Dt 23:25} Hoc et discipipuli {*sic*} saluatoris fecerunt. spicas uidelicet manibus fricantes. et manducantes sabbatis {Lc 6:1} ut evvangelium dicit.
*A69 (C73); B113 (I113, O94)*
*Source (*si intraueris ... non metas*)* — *Dt 23:25*
*Source (*hoc et ...evvangelium dicit*)* — *unidentified, but cf. Mt 12:1, Mc 2:23, and Lc 6:1*

[D79] **ITEM IN LEGE.**
**I**ngressus itaque uineam proximi tui. commedes uuas quantum placuerit tibi. foras autem ne feras tecum. {Dt 23:24}
*A70 (C74); B114 (I114, O95)*
*Source* — *Dt 23:24*

[D80] **CANON BRACHARENSIS.**
**S**i quis. paganorum consuetudinem sequens diuinos et sortilegos in domum suam introduxerit. quasi ut malum foras mittant. aut maleficia inueniant. uel lustracionibus paganorum seruiant: V annos. peniteat.
*A71 (C75); B153 (I151, O134)*
*Source* — *Coll.quad. 4.139; Coll.Dach. 1.95 — CBRA.561.71*

[D81] **CANON CARTAGINENSE.**
**A**vguriis uel incantacionibus seuientem {seruientem *corr.*} a conuentu ecclesie separandum. secundum gradus penitencie diffinitos.
*A72 (C76)*
*Source (*avguriis ... separandum*)* — *Coll.quad. 4.136; Coll.Dach. 1.99; cf. Coll.vet.Gall. 55.2, which ascribes this canon to 'Africanorum' — SEA 83 (= Carthage IV, 89) | first part*
*Source (*secundum ... diffinitos*)* — *Coll.quad. 4.138; Coll.Dach. 1.94; Coll.vet.Gall. 44.4a (Stuttgart HB VI 112 only)*[4] *— CANC.314.23 (Dion.II) | last phrase*

[D82] **CANON EPISCOPORUM.**
[f. 5r] **C**atholicus si capillos more totonderit barbarorum ab ecclesia dei alienus habeatur. et ab omni christianorum mensa donec delictum emendet.

---

[4] This witness of *Coll.vet.Gall.* shares unique readings with *Coll.Wig.C* 145/*D* 205.

*A73 (C77) — cf. C217/D146 last sentence; B156 (I154, O136), which draws independently on the same source material and combines it with material from C218*

*Source* *ELRF 61 (= Coll.Wig.C 217/D 146 last sentence), adapted*

[D83] **CANON AFFRICANI**

**C**lericus nec comam nutriat nec barbam.

*A74 (C78) — cf. B157 (I155, O137), which combines this canon with material from C218*

*Source* *Coll.vet.Gall. 41.18; cf. Coll.Hib.B 11.9 (MS **A**, fol. 13v)/Coll.Hib.A 10.u, which have 'non comam' and 'barbam (sed) radat' — SEA 25 (= Carthage IV, 44)*

[D84] **ITEM.**

**C**lericus non debet armis uti. nec ab {*sic*} bellum procedere. quia {canones *add. sup. lin.*} docent: ut quicumque clericus in bello mortuus fuerit. neque oblatione neque oratione postuletur pro eo. sepultura tamen non priuetur.

*A75 (C79) — cf. C194/D202, which combines this canon with material from PHAL.800 (or perhaps Coll.quad./Dach.); B159 (I157, O139); B165 (I162, O–); O30*

*Source* *ÆLFRIC Ep.2.178 (ed. Fehr, 55), adapted — 'quicumque clericus ... priuetur': Coll.Hib.B 42.15 (MS **A**, fol. 87r)/Coll.Hib.A 40.15.c, abbrev.*

[D85] **ITEM.**

**N**on debet clericus indui monachico habitu nec laicorum uestibus uti. Et uir utatur ueste muliebri anatema {anathema *corr.*} est. aut mulier si uirili utatur indumento anathema est.

*A76 (C80) — cf. B158 (I156, O138), which adapts and combines this canon with material adapted from C219*

*Source (*non debet ... utatur indumento*)* *ÆLFRIC Ep.2.193 (ed. Fehr, 56)*

*Source (*anathema est*)* *unidentified*

[D86] **BASILIUS EPISCOPUS.**

**C**um excommunicato neque orare. neque loqui. neque uesci cuique licebit.

*A77 (C81) — cf. I171/O166, which combines this canon with other material (especially DGRE.590.†1334)*

*Source* *Coll.quad. 4.253 (ascribed to Basil in MS **J** and Vatican, Biblioteca Apostolica Vaticana, Lat. 1352) — BEN.AN. Cod.reg. 17 (eds Holste–Brockie, 196), partial, abbrev. adapted; cf. ISIDORE, Regula 18 (ed. Campos, 117, lines 454–55)*

[D87] **CANON SANCTORUM PATRUM.**

**S**i quis a proprio episcopo communione priuatus est pri {non *corr.*} ante suscipiatur ab aliis quam suo reconcilietur episcopo. aut certe ad sinodum que congregatur occurrens pro se satisfaciat. Hec autem diffinitio maneat circa laicos. et presbiteros et diacones. omnes {omnesque *corr.*} qui sub regula esse monstrantur.

*A78 (C82)*

*Source* *cf. Coll.vet.Gall. 17.12e (Stuttgart HB VI 112 only),*[5] *which has 'quam a suo' and 'certe si ad synodum' — CANT.328.6 (Dion.II), abbrev.*

---

[5] This witness of *Coll.vet.Gall.* shares unique readings with *Coll.Wig.C* 145/*D* 205.

[D88] **ITEM.**
**C**anonum auctoritas prohibet ne quis episcopus aut clericus assensum prebeat in morte cuiuslibet homines. {hominis *corr.*} siue raptoris. seu homicide. ne innocenciam perdat.
*A79 (C83) — cf. B161 (I159, O141), which abbreviates this canon*
*Source* *ÆLFRIC Ep.2.191 (ed. Fehr, 56), adapted*

[D89] **CANON PATRUM.**
**S**i quis episcopus dampnatus a sinodo. uel presbiter aut diaconus a suo episcopo. ausi fuerint aliquid de ministerio sancto contingere. siue episcopus iuxta precedentem consuetudinem. siue presbiter aut diaconus nullo modo liceat ei nec in alia sinodo restitutionis spem. aut locum habere satisfactionis. sed excommunicantes euomens abici de ecclesia. et maxime si postea quam didicerint aduersum memoratos. prolatam fuisse sententiam: eisdem communicare temptauerint.
*A80 (C84)*
*Source* *Coll.vet.Gall. 17.12b (Stuttgart HB VI 112 only)*[6] *— CANT.328.4 (Dion.II)*

[D90] **CANON PATRUM.**
**S**i quis episcopus aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit. aut desinat aut deponatur.
*A81 (C85)*
*Source* *Coll.quad. 4.167; PECU.700.1.1 — cf. PTHU.700.1,1.1*

[D91] **BASILII EPISCOPI.**
**S**i quis detraxerit eo qui preest. VII a conuentu ecclesiastico dies separetur. ut maria soror aaron que detraxerat moysi peniteat.
*A82 (C86)*
*Source* *Coll.quad. 4.158 — cf. BASIL–RVFINVS Regula 44 (ed. Zelzer, 88)*

[D92] **CANON APOSTOLORUM.**
**P**resbiter aut diaconus qui in fornicatione. aut periurio aut furto aut homicidio captus est deponatur.
*A83 (C87); O42; B34 (I36, O–)*
*Source* *Coll.quad. 4.40; PHAL.800.5.4; Reg.adauct.Chrod. 64 — Can.apost.25, adapted | first half*

[D93] **CANON NICENI.**
[f. 5v] **I**nterdicit per omnia. magna sinodus non episcopo. non presbitero. non diacono. nec alicui omnino qui in clero est. licere subintroductam mulierem habet. {habere *corr.*}
*A84 (C88); B32 (I34, O–) — cf. O145, which draws on CNIC.325.3 more fully*
*Source* *Coll.quad. 4.43; PHAL.800.5.8; Coll.Dach. 1.49, first half— CNIC.325.3 (Dion.II), first half*

---

[6] This witness of *Coll.vet.Gall.* shares unique readings with *Coll.Wig.C* 145/*D* 205.

*The following three passages have been added in the margin of Barlow 37, fol. 5v by Hand A. The first passage is added some ways down the page, next to a signe de renvoi that makes it appear as a gloss to 'annum licet mulieri' in D96; nevertheless, the subject matter of these passages (the types of 'cupiditas' that disqualify one from holy orders; the different grades of ecclesiastical punishment, and which punishments can be exercised on a bishop's own authority; what factors may increase or decrease the severity of a punishment) suggests that they rather pertain to D92–93 (on crimes committed by the clergy).*

[D93a] Cupiditas alia est honoris et potentie. haec prohibet a promotione. Idem facit potentie ambitio. Alia diuitiarum uel in adquisitione et retentione. ut qui tenax est et a promotione arcetur. Quae in adquirendo consistit: aut in nimia sollicitudine. ut negociator. Aut in turpi modo adquirendi. ut si fenebrem exercet pęcuniam. quo casu deponendus est.
*Source* *unidentified, but cf. Summa monacensis ('Inperatorie maiestati')*

[D93b] Vindicta alia increpationis. Alia excommunicationis. alia anathematis. Harum due. scilicet increpatio et excommunicatio in propria possunt exerceri uindicta.
*Source* *unidentified, but cf. Summa monacensis ('Inperatorie maiestati')*

[D93c] Duo dissuadent seueritatem pene. Ratio. cum multitudo est in scelere. ne deterius fiat. Lex. ut qui post uotum duxit uxorem. nec disiungitur. Duo suadent penam. culquia[7] {*sic*} inpunita non debet relinqui. Cautela culpe. ut cum pro lapsu eucharistie. sacerdoti penam {*sic*} inponitur. uel innocenti in detestione simonie;
*Source* *unidentified, but cf. Summa monacensis ('Inperatorie maiestati')*

[D94] **SINODUS DICIT.**

**Q**vicumque inlicito matrimonio fuerint: post penitenciam non debent fieri in una domo. ne {se *add. sup. lin.*} inuicem causa amoris copulauerint.
*A85 (C89); B138 (I137, O119)*
*Source* *Coll.Hib.B 49.32 (MS* ***A****, fol. 111v), adapted. Note: this canon not found in Coll.Hib.A 47*

[D95] **ITEM**

**C**anones docent ut si quis acceperit uiduam aut dimissam mulierem. aut qui bis duxerit uxorem. nunquam fiat diaconus: nunquam sacerdos.
*A86 (C90); B33 (I35, O–); O146*
*Source* *ÆLFRIC Ep.2.113 (ed. Fehr, 48), adapted*

[D96] **ITEM.**

7 culquia] *read* culpa

**M**uliere mortua licet uiro post mensem accipere alteram. Post annum licet mulieri accipere alterum uirum.

*A87 (C91); B127 (I126, O108)*

*Source* *PTHU.700.2,12.10, adapted*

[D97] **ITEM DE ABSTINENTIA MARITI.**

**G**reci et romani tribus diebus abstinent se a mulieribus ante panes propositionis sicut in lege scriptum est.

*A88 (C92)*

*Source* *PTHU.700.1,12.3*

[D98] **SINODUS AGATENSIS.**

**S**eculares qui in natale domini et pasca et pentecosten non commuicauerint: {*sic*} catholici esse {non *add. sup. lin.*} credantur:

*A89 (C93); B44 (I46, O–)*

*Source* *Coll.Hib.B 44.19 (MS **A**, fol. 91r). Note: this canon not found in Coll.Hib.A 42 — CAGD.506.18, abbrev., adapted*

[D99] **CANON AFFRICANI.**

**P**lacuit ut secundum evvangelicam disciplinam. neque dimissus ab uxore. neque dimissa a marito alteri coniungantur. sed ita maneant. aut sibimet reconcilientur.

*A90 (C94); C141 — cf. B131 (I130, O112), which combines C141 (which duplicates this canon) with C140/D117*

*Source* *Coll.quad. 4.60; PHAL.800.4.10; Coll.Dach. 1.74 — Reg.eccl.Cart.exc. 102 (= Conc.Milev. 17) | first sentence*

[D100] **INNOCENTII PAPA.**

**Q**vi uiuente uxore quam dimisit. duxerit aliam. et qui dimissam duxerit: uterque adulter est.

*A91 (C95 first part)*

*Source* *Coll.quad. 4.61, first sentence — DINN.401.293, c. 6 (ed. Wurm, 73, lines 5–7), adapted. Note: both Coll.quad. and DINN.401.293 continue to quote Mt 19:9 (as in the next canon), but in abbreviated form.*

[D101] **DOMINUS IN EVANGELIO DICIT.**

**Q**vicumque dimiserit uxorem suam. nisi ob fornicationem et aliam duxerit mechatur. {Mt 19:9}

*A91 (C95 second part)*

*Source* *Coll.quad. 4.59, first sentence; Mt 19:9. Note: 'qui dimissam duxerit mechatur' probably omitted in D101 through homoioteleuton.*

[D102]**IERONIMUS DICIT.**

**S**ola fornicatio est que uxoris uincit affectum. immo cum illa. unam carnem in aliam diuiserit: et se fornicatione separauit a marito. non debet teneri. ne uirum quoque sub maledicto faciat: dicente scriptura. Qui adhulteram tenet stultus et impius. {Prv 18:22} Vbicumque igitur fornicatio est: libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere. ut aliquis calumpniam faceret

innocenti. et ob secundam copulam nuptiarum. ueteri crimen inpingeret: sic priorem dimittere iubetur uxorem. ut secundam prima uiuente non habeat. Quod enim dicit: tale est sine {si non *corr.*} propter libidinem sed propter iniuriam: imittis {dimittis *corr.*} uxorem.
*A92 (C96)*
*Source* *Coll.quad. 4.59, partial — JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 19:9 (eds Hurst–Adriaen, 167, lines 764–74)*

[D103] **IDEM.**
**S**i uir uel mulier ex consensu religionem ceperit: licet alterum accipere nouum coniugium. sed puellam uel puerum.
*A93 (C97)— cf. B129 (I128, O110), which combines this canon with C142/D118 and the first part of C146/D206*
*Source* *Coll.Hib.A 46.5, adapted. Note: this canon not found in Coll.Hib.B.*

[D104] **CANON AFFRICANI CONCILII.**
**S**acerdos penitenciam inploranti abque {*sic*} persone acceptione penitencie leges imperet.
*A94 (C98)*
*Source* *Coll.quad. 4.21; cf. Coll.Dach. 1.12, PHAL.800.3.1b and Coll.vet.Gall. 64.1, which have 'iniungat' for 'imperet' — SEA 18 (= Carthage IV, 74)*

[D105] **ITEM.**
**P**enitentes secundum canones non debent communicare ante consummationem penitencie. Nos autem pro misericordia miserantis dei: post annum. uel duos. uel III. licenciam damus.
*A95 (C99); B45 (I47, O–)*
*Source* *PPTH.800.39.4 (ed. van Rhijn, 100, lines 10–12); cf. PECU.700.14.6 — PTHU.700.1,12.4 | adapted*

[D106] **BASILIVS EPISCOPUS.**
[f. 6r] **P**enitentem ex corde ita oportet suscipi: sicut dominus ostendit cum dicit. quia conuocat amicos suos et uicinos dicens. Congratulamini mihi quia inueni ouem meam quam perdideram. {Lc 15:6}
*A96 (C100) — cf. I166/O161, which combines this canon with Coll.quad. 4.26 and further penitential material; D172*
*Source* *Coll.quad. 4.24 — BASIL–RVFINVS Regula, 27 (ed. Zelzer, 75)*

[D107] **ITEM IDEM.**
**E**rga eum qui pro peccato non penitet tales esse debemus: sicut dominus precepit dicens. Sit tibi sicut gentilis et publicanus. {Mt 18:17}
*A97 (C101) — cf. I166/O161, which draws on the same source more fully, and combines this canon with Coll.quad. 4.24 and further penitential material; D172; Wulfstan's Admon.sp.doctr., which incorporates this canon*
*Source* *Coll.quad. 4.26 — BASIL–RVFINVS Regula, 28 (ed. Zelzer, 75) | first half*

[D108] **CANON ARELATENSIS.**
**P**enitenciam coniugatis nisi ex consendu {consensu *corr.*} dandam.

*A98 (C102)*
*Source* *Coll.quad. 27; Coll.Dach. 1.13; Coll.vet.Gall. 64.25 — Coll.Arel. 22*

[D109] **SINODUS ROMANA DICIT.**
**F**ilii cum ad annos pubertatis uenerint: cogantur aut uxores ducere. aut continenciam profiteri. sic et filie eadem etate debent eandem legem seruare.
*A99 (C103); B124 (I123, O105)*
*Source* *Coll.Hib.B 56.6 (MS **A**, fol. 119v), adapted; cf. Coll.Hib.A 66.16, which has 'prosectari ecclesiae filiae vero' for 'profiteri sic et filię'*

[D110] **CANON AFFRICANI**
**P**enitentibus secundum differentiam peccatorum. episcopi arbitrio. penitencie tempora decernantur.
*A100 (C104) — cf. O13 first sentence*
*Source* *Coll.quad. 4.14; Coll.Dach. 1.11; cf. Coll.vet.Gall., which ascribes this canon to 'Concilio Hypone regio' — CCAR.397.30a (= Reg.eccl.Cart.exc. 43a; Carthage III, 31)*

[D111] **DE LAPSIS ROMANI DICUNT.**
**Q**ui cum gradu cecidit. sine gradu consurgat. contentus nomine tantum. Et contra in apocalipsi. Memento unde cecideris et age penitenciam et opera tua priora fac. {Apc 2:5}
*A101 (C105) — cf. O43, which incoporates this canon*
*Source (*DE LAPSIS ... nomine tantum*)* *Synod.II Patric. 10 (ed. Breen, 113, lines 38–40), abrev.; 'qui cum gradu cecidit sine gradu consurgat': also in Coll.Hib.B 13.1 (MS **A**, fol. 14v)*
*Source (*ROMANI DICUNT*)* *unidentified*
*Source (*memento ...priora fac*)* *Apc 2:5; cf. Coll.Hib.B 13.4 (MS **A**, fol. 15r)/Coll.Hib.A 11.4a, which quotes the same scriptural passage, but with different word order*

** * * Cross–Hamer's 'Recension A' ends here * * **

[D112] **DE CONIUGIO.**
**S**criptum est in lege. Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam dormieritque cum ea: dabit ei omne quod habet. et desponset eam. et habebit eam uxorem. {Ex 22:16}
*cf. C134; B122 (I121, O103)*
*Source* *Coll.Wig.C 134 — Ex 22:16 | adapted*

[D113] **AGVSTINUS.**
**Q**vale est quod multi uirorum ante nuptias concubinas sibi adhibere non erubescunt. quas post annos dimittunt. et sic postea legitimas uxores accipiunt. Vnde coram domino. et coram angelis eius testor atque denuncio. deum ista coniugia semper prohibuisse. et nunquam placuisse. et

precipue christianis temporibus concubinas habere nunquam licuit. nunquam licet. nunquam licebit.

*C136; B136 (I135, O116)*

*Source* — *Coll.Hib.A 46.17, with an inscription to 'Augustinus'; cf. Coll.Hib.B 48.17 (MS* **A***, fol. 103v), which differs slightly in wording; Coll.Tur. 7 — CAESARIVS Sermo 43.4 (ed. Morin, 191–92, lines 1–12), abbrev., adapted. Note: 'placuisse et precipue christianis temporibus concubinas habere nunquam licuit nunquam' probably omitted in C136 through homoioteleuton.*

[D114] **IDEM.**

**S**i mulier fornicata fuerit: relinquenda est. sed illa uiuente: altera non est ducenda.

*C137; B132 (I131, O–) — cf. Coll.Wig.B 130 (I129, O111), which incorporates this canon*

*Source* — *Coll.Hib.A 46.2; Coll.Hib.B 48.2 (MS* **A***, fol. 101r) | second last sentence, adapted*

[D115] **SINODUS ARELATENSIS.**

**A**dolescentes fideles uxores suas in adulterio deprehendentes: placuit ut uiuentibus uxoribus suis licet adulteris. alias tamen non accipiant. Hoc propterea agitur. ne penitenti locum quandoque penitencie excludat. et ne seipsum multis maculetur copulet copulis. Dominus dicit in evangelio. Quicumque dimiserit uxorem suam. et reliqua. {Mt 5:32}

*C138*

*Source (*adolescentes ... maculet copulis*)* — *Coll.Hib.A 46.14; cf. Coll.Hib.B 48.13 (MS* **A***, fol. 102v), which differs slightly in wording — 'adolescentes fideles ... tamen non accipiant': CARL.314.11 (10), partial, adapted*

*Source (*dominus dicit ... et reliqua*)* — *Mt 5:32*

[D116] **DE LIBRO HERMAS**

**H**ermas dixit ad pastorem angelum. Permitte mihi domine ut te pauca interrogem. **Responsio** Dic inquit. **Interrogatio** Si uxorem quis habeat in domo fidelem. et eam postea deprehenderit adulteram. quero an peccat si cum illa maneat? **Responsio** Et dixit. Quandiu delictum illius non cognouerit. non peccat. [f. 6v] Si autem peccatum illius cognouerit. et mulier penitenciam delicti sui non agit. sed in sua nequitia perseuerat: delinquit uir si cum ea uiuet. particeps illius conscientie fiet. **Interrogatio** Quid inquam faciet maritus. si uxorem eius in eodem uitio permanserit. **Responsio** Dimittet inquit eam. et ipse se contineat. Quod si dimissa ista aliam duxerit uxorem. et ipse adulterium commisit. **Interrogatio.** Et si postea quam ab eo dimissa est. mulier penitenciam agit et ad maritum reuerti uoluerit. num recipietur? **Responsio** Et dixit. Si recepta non fuerit: peccat maritus. et grande in se delictum admittit. **O**mnis qui penitenciam delictorum suorum agit: recipit ueniam. Ideo ergo maritus post diuortium uxoris. aliam non debet accipere. ne penitencie occasionem mulieri auferat. Haec res tam uiro quam mulieri communis est.

*C139 — cf. B129 (I128, O110)*

*Source* — *Coll.Hib.A 46.15, abbrev., adapted; cf. Coll.Hib.B 48.14 (MS* **A***, fols 102v–103r), first part, which differs slightly in wording; Coll.Tur. 17 — HERMAS, Libell.sanct.past., mandatum 4.1.4–8 (eds de Gebhardt–Harnack–Zahn, 79, lines 1–19)*

[D117] **CANON CARTAGINENSIS.**
**N**ec uxor a uiro dimissa. alium accipiat uirum uiuente uiro suo. nec uir aliam accipiat uxorem: uiuente uxore priore.
*C140 — cf. B131 (I130, O112), which combines this canon with C141*
*Source* *ANSEGIS Coll.cap. 1.42 — Admon.gen.(789) 43*

[D118] **GREGORIUS.**
**L**egitimum coniugium non licet separari sine consensu amborum. potest tamen alter alteri cum consilio episcopi. licenciam dare: ad seruitutem dei accedere.
*C142— cf. B129 (I128, O110), which combines this canon with A93 and the first part of C146/D206*
*Source* *PREM.700.5.41; PTHU.700.2,12.7–8 | adapted*

[D119] **IDEM.**
**S**i quis monacham uel commatrem spiritalem. uel fratris uxorem. uel neptem. uel nouercam uel consobrinam. uel de propria connatione. uel quam connatus habuit. duxerit uxorem: anathema sit.
*Note: the text printed by van Rhijn as part of PPTH.800.14.25 is an interpolation found only in MS **O**, p. 37.*
*C155; B140 (I139, O–)*
*Source* *PPTH.800.14.25 (in MS **O** only; ed. van Rhijn, 34, lines 90–3); cf. PHAL.800.4.22; Coll.quad. 4.68 — BEN.LEV. Cap. 3.179 (ed. Schmitz, 36, lines 11–13), abbrev.; cf. CROM.721.3–9*

[D120] **DE FILIIS ADULTERARUM EICIENDIS CUM MATRIBUS. EZECHIEL PROPHETA DICIT.**
**E**icite matrem fornicariam. et filios fornicationis.
*C156 first sentence — cf. B130 (I129, O111), which incorporates this canon (with rubric)*
*Source (*DE FILIIS ... MATRIBUS*)* *Coll.Hib.B 48.38, rubric (MS **A**, fol. 105v)*
*Source (*EZECHIEL ... fornicationis*)* *Coll.Hib.B 48.38 (MS **A**, fol. 105v), partial, adapted; cf. Coll.Hib.A 46.30.a, which differs slightly in wording*

[D121] **SUPER HOC AVGUSTINUS.**
**M**ulier adultera dimittenda est: cum adulterii fructu. ne benedicta progenies sit contaminata. Abraham eiecit agar cum filio suo. ne fieret cum femine benedicto. Audi dominum dicentem. Eice agar cum filio. Non enim heres erit filius ancille: cum filio libere.
*C156 second part*
*Source (*AVGVSTINVS ... cum filio libere*)* *Coll.Hib.B 48.38 (MS **A**, fol. 105v), partial, abbrev., adapted; cf. Coll.Hib.A 46.30.b, which differs slightly in wording*

[D122] **ITEM.**
**S**i quis cum spiritali commatre peccauerit. primitus anathematizetur. deinde peniteat VII annos. uel X uel XIIII et nunquam postea cum illa se iungat. sed semper aliquid peniteat.
*C157 — cf. C200, which lacks 'uel X uel XIIII'; B143 (I142, O122), which combines the equivalent canon C200 with C199 and 201*
*Source (*si quis ... se iungat*)* *PPTH.800.14.22, partial, abbrev.*

*Source (*uel X uel XIIII*)* *unidentified, but cf. Coll.Wig.C 151/D210 and Coll.Wig.C 158/D123*
*Source (*sed semper aliquid peniteat*)* *unidentified, but cf. Coll.Wig.C 201 and Coll.Wig.B 135*

[D123] **ITEM.**
**L**aicus maculans se cum ancilla dei. si genuerit ex ea: primitus anathematizetur. Postea peniteat VII annis. [f. 7r] uel X uel IIII. Similiter et illa. uel plus peniteat. quia christiana religio fornicationem in utroque sexu. pari ratione condempnat.
*C158 — cf. C201, which has 'III in pane et aqua' for 'uel X uel XIIII' and adds 'semperque ... aliquid peniteat'; B143 (I142, O122), which combines the equivalent canon C201 with C199 and C200*
*Source (*laicus maculans ... plus peniteat*)* *PPTH.800.12.21 (ed. van Rhijn, 25, lines 127–29), abbrev., adapted + PPTH.800.12.10 (ed. van Rhijn, 22, line 65), adapted | conflated — PECG.700.5.15*
*Source (*quia christiana ... condempnat*)* *PPTH.800.12.7 (ed. van Rhijn, 21, lines 48–9) — DINN.402.293, c. 3 (ed. Wurm, 70, lines 5–6)*

[D124] **ITEM.**
**R**aptores igitur uiduarum uel uirginum ob immanitatem tanti facinoris: detestamur. illos uehementius persequendo. et maxime qui sacras uirgines. uel uolentes uel inuitas. matrimonio suo sociare temptauerint. quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate: a communione suspendi precipimus.
*C159*
*Source* *Coll.quad. 4.70; PHAL.800.4.16; Coll.Dach. 1.69 — DSYM.498.764, c. 4 (ed. Thiel, 725)*

[D125] **IN CONCILIO CALCIDONENSI.**
**E**os qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi. cooperantes aut cohibentes raptoribus. decreuit sancta sinodus. ut si quidem clerici sunt: decidant gradu proprio. Si uero laici: anathematizentur.
*C160*
*Source* *Coll.quad. 4.71; PHAL.800.4.17; Coll.Dach. 1.70 — CCHA.451.27 (Dion.I/II)*

[D126] **ITEM.**
**S**i quis uirginem aut uiduam rapuerit: III uel V uel VII annis peniteat. secundum qualitatem persone.
*C161*
*Source (*si quis ... rapuerit III*)* *PHAL.800.6.19; PREM.700.5.6 — PBOB.700.33; PBUR.700.37; PFLO.700.34; PMEA.700.35; PPAS.700.29*
*Source (*uel V ... persone*)* *unidentified*

[D127] **D**esponsatas puellas. et post ab aliis raptas placuit erui. et eis reddi: quibus ante fuerant desponsate. etiam si eis a raptoribus uis illata constiterit.
*C162*
*Source* *Coll.quad. 4.72; PHAL.800.4.18; Coll.Dach. 1.71 — CANC.314.10 (Dion.II)*

[D128] **EX EPISTOLA SIRICI PAPE QUOD NON LICEAT ALTERIUS SPONSAM AD MATRIMONII IURA SORTIRI.**
**V**t nemo desponsatam puellam alteri. in matrimonium accipiat: modis omnibus inhibemus. quia illa benedictio quam nupture sacerdos inponit. apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est: si ultra transgressione uioletur.
*C163*
*Source* *Coll.quad. 4.73 — DSIR.384.255, c. 5 (ed. Coustant, col. 628B), first sentence adapted*

[D129] **DE MATRIMONIO SECULORUM.** {**SERVORUM** *corr.*; uel secularium *gl. sup. lin.*}
**S**i seruum et ancillam dominus amborum in matrimonio coniunxerit. Postea liberato seruo uel ancilla. si non potest redimi qui in seruitio est: libero licet sicut quibusdam placet ingenuo coniungere. sed tamen iuxta sentenciam domini mechus probatur. **Q**ui uero taliter egerit. id est ut primam uxorem propter seruitium humanum dimittat. et postea liberatam deducat uxorem. III annos peniteat. I in pane et aqua. quia contra mandatum domini fecit. Similiter et mulier peniteat. si taliter fecerit. Si quis liber ancillam aut suam aut alterius. in matrimonio acceperit: non habet licenciam dimittere eam. si ante cum consensu amborum coniuncti sunt. Si uero dimiserit eam et aliam ducit uxorem siue ancillam siue liberam: III annos peniteat. I in pane et aqua:
*C164 — cf. B135 (I134, O115), which adapts this canon*
*Source* *PPTH.800.10.34–5 — cf. PTHU.700.2,13.4–5*

[D130] [f. 7v] **LIBRO PRIMO CAPITULORUM ECCLESIASTICORUM MAGNI IMPERATORIS KAROLI DE MANSIS UNIUSCUIUSQUE ECCLESIE.**
**S**ancitum est ut unicuique ecclesie. unus mansus integer absque alio seruitio tribuatur. {attribuatur *corr.*} et presbiteri constituti. non {de *add. sup. lin.*} decimis. neque de oblationibus fidelium. non de domibus neque de atris uel ortis iuxta ecclesiam positis. nec de prescripto manso aliquid seruitium faciant. preter ecclesiasticum. et si aliquid amplius habuerint: inde senioribus suis debitum seruitium inpendant.
*(catalog. Haggenmüller, Die Überlieferung, 162; catalog. Saver, 'Transmission', item 2a[i])*
*C166 — cf. B26 (I28, O–), which adapts this canon*
*Source* *Ansegis Coll.cap. 1.85 — Cap.eccles.(818/19) 10*

[D131] **DE PRESBITERIS UNIUSCUIUSQUE ECCLESIE IN EODEM.**
**S**tatutum est postquam hoc inpletum fuerit: ut unaqueque ecclesia suum presbiterum habeat. ubi id fieri facultas prouidente episcopo permiserit. et unusquisque presbiter una. tantum sit contentus ecclesia.
*(catalog. Haggenmüller, Die Überlieferung, 162; catalog. Saver, 'Transmission', item 2a[ii])*
*C167*
*Source (*statutum est ... episcopo permiserit*)* *Ansegis Coll.cap. 1.86 — Cap.eccles.(818/19) 11*
*Source (*et unusquisque ... ecclesia*)* *unidentified, but cf. Episc.ad Hludow.imp. relatio 44 (eds Boretius–Kraus, 41, line 23)*

[D132] **IN EODEM DE UILLIS NOUIS ET ECCLESIIS NOUITER CONSTITUTIS.**
**S**tatutum est de uillis nouis et ecclesiis nouiter constitutis. ut decime de ipsis uillis ad easdem ecclesias conferantur.
*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 2a[iii])*
*C168*
*Source* *ANSEGIS Coll.cap. 1.87 — Cap.eccles.(818/19) 12*

[D133] **LIBRO SECUNDO DE ANTIQUIS ECCLESIIS UT HONOREM SUUM HABEANT.**
**E**cclesie antiquitus constitute nec decimis. nec aliis possessionibus priuentur. ita ut nouis oratoriis tribuantur.
*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 2b)*
*C169 — cf. B25 (I127, O–), which has 'alia una possessione' with MS* ***A***
*Source* *ANSEGIS Coll.cap. 2.34; cf. ANSEGIS Coll.cap. 2.45; cf. MS* ***A****, fol. 204v, where ANSEGIS Coll.cap. 2.45 has been augmented with the concluding words of 2.34 — CMNZ.813.41*

[D134] **CANON HYBERITANORUM.**
**S**i quis furatus fuerit pecuniam ab ecclesia mittatur sors. ut aut illius manus abscidatur. aut in carcerem mittatur: diu ieiunans gemensque. et reddat integrum quod abstulit. aut peregrinus abiciatur. et restituat duplum. et iurabit quod non reuertetur donec inpleuerit penitentiam. post penitentiam uero: fiat monachus semper penitens.
*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 3[i])*
*C204 — cf. B82 (I82, O63), which adds 'et si in patria permanserit ... semper peniteat' to the first part of this canon*
*Source* *Coll.Hib.B 31.8 (MS* ***A****, fol. 56r), abbrev., adapted; cf. Coll.Hib.A 29.7*

*The following passage has been added in the margin of Barlow 37, fol. 7v by Hand A. If meant as a gloss on the text, there is no direct indication of to which canon it pertains. However, the passage begins some ways down the page, next to D134; moreover, given its subject matter (the different kinds of consent, and the degree of culpability each brings), the likelihood is much greater that the target text is D134–40 (on theft/violent crimes committed in the church/against the clergy), rather than the preceding D130–34 (on the division of tithes among churches).*

[D134a] Consentientes aut consentiunt per negligentiam. et tunc nec similem nec maiorem merentur penam. sed sunt redarguendi. Aut per approbationem. nec tunc tantam contrahit culpam. ut qui communicat excommunicato. Non enim anathemati datus est. Aut per cooperationem. et tunc pari pena punitur. Aut etiam per auctoritatem. cum eum defendit. quo casu acrius puniendus est.
*Source* *unidentified, but cf. Summa monacensis ('Inperatorie maiestati')*

[D135] **CANON HIBERITANUS.**

**S**i quis abstulerit ab ecclesie terminis peccora uel aliquid alicuius rei: capite raso et barba. cum uestimento quod cum eo inuentum fuerit VII uaccas simul cum propriis armis reddat. set et ecclesie quae sua sunt restituat.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 3[ii])*
*C205*
*Source unidentified*

[D136] **CANON HIBERITANUS.**

**Q**vi occiderit hominem inter septa monasterii. exul cum dampnatione in alienam regionem exeat. uel proiectis armis raso capite et barba. reliquum uite sue tempus. in monasterio deo seruiat. primo tamen parentibus satisfaciens.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 3[iii])*
*C206 — cf. B87 (I87, O68), which abbreviates this canon*
*Source unidentified*

[D137] **CANON HIBERITANUS.**

**Q**vi percusserit clericum perforatis hasta uel ense indumentis. illius culpa non leuior erit: quam qui fracto crismale corpus christi. uenerabile corruperit. quod et emendabit trium annorum penitencia. uel XII bomotrices reddat. aut extorris propria patria exulet. aut uero si fuste eum percusserit: VI uaccas illi restituet. aut sicut supradictum est peniteat. Dominus enim per prophetam dicit. Nolite tangere christos meos et in prophetis meis nolite malinnari. {1 Par 16:22; Ps 104:15}

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 3[iv])*
*C207 — cf. B70 (I70 second part, O51), which abbreviates the second half of this canon and combines it with 'si quis autem clericum ... dignitatem peniteat'*
*Source unidentified*

[D138] [f. 8r] **CANON HYBERITANUS.**

**Q**vi leuauerit manum cum hasta aut gladio ad percutiendum aliquem iuxta episcopum. uel abbatem. aut scribam redimat manum uel perdat. Quod si perforauerit uestimentum aut aliquid uulnerauerit: tondet capud cum barba. et reddat uestimentum cum armis qualiter inuentus fuerit. et manum redimat.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 3[v])*
*C208 — cf. B69 (I70 first part, O50),which combines part of this canons with 'et deo seruiat ... lesit satisfaciat'*
*Source unidentified*

[D139] **CANON BRITONUM.**

**S**i quis refugium crismale alicuius sancti. aut refugium baculi aut cimbalis fregerit aliquo modo. uel per rapinam predam abstraxerit. uel homini aliqua ratione nocuerit: septempliciter restituet. et in dura penitentia in peregrinatione extranea per V annos permaneat. et si laudabilis eius penitentia fuerit: postea ad solam patriam perueniat. Sin uero: in exilio semper permanet.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 4[i])*
*C209 — cf. B85 (I85, O66), which adapts and conflates this canon with C210/D140*

*Source* *unidentified*

[D140] **ITEM.**

**S**i quis refugium evvangelii fregerit. uel per rapinam aliquid abstulerit: septempliciter restituet propter septiformem christi gratiam. et propter VII gradus ecclesiasticos. sed et per VII annos in dura penitentia permaneat in peregrinatione. Si uero non egerit penitentiam excommuicandus {*sic*} est ab omni ecclesia catholica et a communione christianorum omnium. nec sepultura ei in loco sancto tribuenda est.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 4[ii])*
*C210 — cf. B85 (I85, O66), which adapts and conflates this canon with C209/D139*
*Source* *unidentified*

[D141] **CANON BRITONUM.**

**S**i quis tirannus aliquem iuxta episcopum ligauerit: sanum soluat. et restituat.[8] et III alios uiros coequales cum omni eorum substantia episcopo reddat. et ipse solus in dure peregrinationis penitentia permaneat. Et si contigerit ut eum uulnerauerit. VII uiros cum omni eorum substantia episcopo reddat. et ipse solus usque ad X annos: in dure peregrinationis penitencia permaneat. Et si contigerit ut eum uulnerauerit: VII uiros cum omni eorum substantia episcopo reddat. et ipse solus per spacium XX annorum in peregrinatione. Si uero eum mortificauerit: omnem suam hereditatem. et omnem substantiam. cum hereditabus {*sic*} et substantiis comitum deo reddat. et ipse in peregrinatione perhenni. Vel humanius in XXX annorum peregrinatione. absque carne et muliere et equo pane sicco uiuat. et exiguo uestimento. et per duas noctes in una mansione non maneat. nisi tantum solepnitatibus {*sic*} precipuis. aut si infirmitas eum preocupauerit. Et si inuitos comites habuerit: omnem substantiam eorum inter deum et hominem diuidatur. et ipsi per spacium VII annorum in penitencia probabili permaneant.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 4[iii])*
*C211 — 'per duas noctes ... infirmitas eum preocupauerit': cf. C236/D163*
*Source* *unidentified*

[D142] **SINODVS** {**NICENA** *add. sup. lin.*} **DICIT.**

**Q**vi episcopum occiderit: arma relinquat. M solidos reddat. XIIII annos. in pane et aqua peniteat. uel secundum placitum uniuersalis concilii. Qvi presbiterum [f. 8v] occiderit. DCCC {solidos *add. sup. lin.*} reddat. XII annos in pane et aqua ieiunet {uel peniteat *gl. sup. lin.*} Qui diaconum occiderit. aut monachum. CCCC solidos reddat. et X annos in pane et aqua ieiunet. {peniteat *corr.*} Qui subdiaconus. occiderit. CCC solidos reddat. VIII annos in pane et aqua peniteat.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 5a)*
*cf. C212; O11*
*Source (*qui episcopum ... et aqua peniteat*)* *Coll.Wig.O 11, first part, abbrev., adapted*
*Source (*M solidos reddat ... DCCC solidos reddat ... CCCC solidos reddat ... CCC solidos reddat*)* *unidentified*

[8] restituat] *corr. from* restituet *?*

[D143] **S**inodus romana decreuit. Parricidium faciens. XIIII annos peniteat. Si nolens patrem uel matrem uel fratrem uel sororem uel coniugem. aut casu occiderit. VII annos districte peniteat. et nunquam sine religione fiat. Sinodus romana decreuit. Si quis uxoratus nolens occiderit coniugem suam: VII annos peniteat. cum una peregrinatione. et diuidat omnem substantiam suam in IIIes partes. Primam parentibus eius. secundam deo in elemosinam diuidendam. terciam in sustentationem uite eius. Si autem de industria uel meditatione spiritus zelotipie occiderit: et si non habuerint manus eius unde reddat. XIIII annos peniteat. et nunquam coniugem habeat. arma relinquat. et deo seruiat. Si autem habuerit unde reddat: ipse dimidium spacium peniteat. et si genuerit filios et filias: augeatur penitencia. quia coniugem suam et matrem filiorum occidit. Si autem illam pregnantem occiderit: XIIII annos grauiter peniteat in exilio. quia reus coniugis et filii est et in dimidio spatio. non priuetur communione.

*Note: the pattern of abbreviation strongly suggests that the arrangement in C is more original than that in D (catalog. SAVER, 'Transmission', item 5b)*
*C212 last sentence + C213 — cf. O10*
*Source* *Coll.Wig.O 10 (first part abbrev. as in C212)*

[D144] **INTEROGATIO.** {*sic*}
**S**i necessitas cogerit. {coegerit *corr.*} in quantum ualet iuramentum episcopi. presbiteri. diaconi uel monachi? **Responsio.** Ordines supradicti secundum[9] gradus promotionis habeant potestatem protestandi. Presbiteri secundum numerum CXX tributariorum. Diaconus. uero. iuxta numerum LX manentium. Monachus autem secundum numerum XXX tributariorum. set hec: in criminali causa. Ceterum si de terminis agrorum oritur altercatio: presbitero liceat iuramenti sui attestatione. terram uidelicet unius tributarii. in ius [in]transferre {transferre *corr.*} ecclesie. Duobus quoque diaconibus idipsum conceditur. Testificatio uero trium monachorum: in idipsum sufficiat.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 6a)*
*C214*
*Source* *ECGB. Dialogus 1*

[D145] **ITEM INTERROGATIO.**
**Q**uod si quis ex laicis clericum uel monachum occiderit: utrum pretium sanguinis. secundum legem natalium parentum propinquis eius reddendum sit: an ampliori pecunia senioribus suis. satisfaciendum sit: uestra unanimitas sanc[c]iat? {sanctiat *corr.*} **Responsio** Quicumque ex laicis occiderit episcopum. presbiterum diaconum uel monachum. [f. 9r] agat penitenciam secundum gradus penitencie constitutos. et redat {reddat *corr.*} precium sanguinis ecclesie sue. ut supra scriptum est: nisi aut dignitas natalium. uel nobilitas generis maius reposcat precium. Non enim iustum est ut seruitium sancte professionis in meliori gradu perdat: quod exterior uita sub laico habitu habuisse iure parentum dinoscitur.Cui uero non est substantia ut redimat se a perpetrato

---

9 secundum] secu, *with macron over* u, *as if* secum

homicidio: regi dimittendum est ad puniendum. ne interfectores seruorum dei: se putent inpune posse peccare. Haec ergo uindicta. quam de homicidiis presbiterorum percensuimus: maneat erga abbates qui sunt sine ordine. nisi aliquem ex his. sinodale collegium altiori consilio aut superiorem aut inferiorem iudicauerit.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 6b)*
*C215–16*
*Source* *ECGB. Dialogus 12*

[D146] **INCIPIVNT EXCERPTA DE LIBRIS ROMANORVM ET FRANCORVM.**
**S**i quis seruus ingenuum occiderit: homicida parentibus tradatur. et habebunt libertatem quod uoluerint faciendi. **S**i autem dominus seruo arma commisit {*sic*} portare. et ingenuum hominem occiderit: ipsum et alium seruum se nouerit redditurum. **S**i quis ingenuus seruum alterius sine culpa occiderit: seruos II^os^ domino restituat. si[10] pro qua culpa serui fecerit: seruus pro seruo. **S**i quis in rixa manum uel oculum pedemue hominis maculauerit: ancillam siue seruum redditurum cognoscat. **S**i quis hominem lancea gladioue ferierit: et interiora aspiciat: argenti libras III exoluat. **S**i quis capud alterius percusserit usque ad cerebri spamas: {*sic*} libras argenti III reddat. **S**i quis alapam alteri inpigerit. nec sanguis nec liuor appareat: V solidos argenti exoluat. **S**i quis in faciem alterius alapam percusserit. ut sanguis et liuor appareat: se ancillam nouerit redditurum. **S**i quis lancea aut in brachio aut in sura alterius {foramen *add. sup. lin.*} fecerit. tamen membro non noceat: argenti libras II cognoscat reddere. **S**i quis homicidium fecerit et fugam petierit parentes ipsius de patria uadant. uel precium dimidium reddant. et sic securi in sedibus sedeant. Post haec si reus uenire uoluerit: reddat quod restat precii. uiuat securus. si interim a cognatis occisi occisus fuerit: mancipia. ancille. uel serui que accipiant debitores: parentibus restituantur. **S**i quis fornicatus fuerit cum alterius uxore. aut sorore. aut filia: morte moriatur. Qui autem occiderit: nullam causam timeat habere. [f. 9v] {*Hand A stops; Hand C begins*} **S**i quis seruum seruamque uel quamlibet uel rem aliquam conparauerit: et cum ipso fuerit consignatum. si auctorem aut fideiussorem non habuerit. de furto se nouerit componendum. **S**i quis de gallis uel de saxonibus uel de quali gente caballum comparauerit: in quamlibet speciem. testibus comprobet. si autem consignatum fuerit et inuicem testes adequauerint. sic ita equale diuidant. si testes non habuerint et mendatium conatur inquirere: triplum se nouerit restituturum qui conatur. **P**aruulus usque ad annum XII^mum^ pro delicto nichil nisi disciplina[s] {disciplinam *corr.*} accipiat. post hanc uero etatem. quicquit {*sic*} delinquat uel furatur: retribuat. **S**i quis ingenuus furtum fecerit. et captus fuerit: morte morietur. nullus ab eo accipiat questionem. hoc usque ouem. uel porcum. quod si minus: triplum restituat. **F**urem per noctem licet occidi. per diem non licet. qui occiderit in nocte: nullam causam habet. **S**i quis causa furti suspitionem habuerit: et non. est. ei titulus rei ipsius. inter dies XX consignetur. usquequo ueritas probetur. **S**i quis ad iudicium inconpeditus {*sic*} uenire noluerit. et hoc per testes probatur: argenti libram I^am^ cogatur exsoluere. et quicquid ad eum fuerit repetitum: sine dilatione restituat. **S**i quis tributum non oportune reddiderit. et ad iudicem a tributario conpulsus fuerit: si mense ante predicto neglexerit.

---

[10] si] *corr from* sed *?*

pignus det. et si neglexerit menses II duplum restituet. **S**i quis ancillam aut seruum perdiderit. et suspitionem habuerit. XXIIII uiri nominatim congregentur. ex quibus XII iurent. si non: reddat [*]ui {qui *corr.*} approbatur. **S**i quis caballum: inuocandis uiris IX iurent: nichil sequitur. **S**i quis seruus seruum occiderit: uiuus communis dominorum existat. **S**i bos uel uacca alium occiderit: uiuus ac mortuus in commune dominorum existant. **S**i quis commisso delicto sponte ad confessionem uenerit sacerdoti. a nullo condempnari precipimus. **S**i qui[s] {quid *corr.*} ab aliis abstulerit: reddat. si ab alio fuerit conprobatus. et rebellis fuerit: precium rei abstracte reddat. et triplum se nouerit conponendum. **Q**uod si laicus repetierit clericum causa episcopi: iudicent inter illos in iudicio. **S**i clericus laicum conpetitit ad iudicis astantiam debeant peruenire. **S**i quis in morte hereditatem dimiserit. quicquid coram testibus commendauerit: omnia permanere precipimus. nisi sint iniqua. **S**i quis seruum uel ancillam uel uernaculum. sua uoluntate libertate donauerint: nullus repetere permittatur. **S**i quis sponte sua quamlibet rem alteri donauerit. hoc [f. 10r] priuate precipimus possidere. **S**i qua causa ante iudicata: a nullo permittimus diiudicari. **S**i qua contentio circa finem territorii {*sic*} fuerit exorta: testibus requiratur. et finis qui prius fuerat: ipse permaneat. **C**lericus uero si qua causa conpetitur {conpetitus *corr.*} fuerit. et nullam iam infamiam ante portauerat: in ipsius iuramento causa finiatur. quod si antea infamiam portauit: indictis iuratoribus II causam laici ordine liberet. **S**i quis fideiussorem inuocauerit et contempserit: iudicii conditione dampnetur. **S**i quis agrum aut uillam conparauerit. et ipse capitale furtum fecerit: morte moriatur. terram quam emerat fisco reuertatur. **Q**uod si filios aut frater ex dono furtum fecerit: pariter et fugam fecerit ancillam et seruum fisco reddat. et ex agro nichil possideat. **Q**uod si innocens permanserit: heres hereditati relinquatur. **S**i quis ad ecclesiam arma portauerit. et litem commiserit: argenti libram unam cogatur exsoluere. et hoc egentibus in elemosinam. **S**i quis filiam marito tradiderit. legittimam {*sic*} dotem accipiat. quod si casu mortis illum emiserit. et ipsa alteri uiro nubere uoluerit: filii dotem accipiant. **Q**uod si hos non habuerit: patri dari iubetur. **S**i quis ancillam aut seruum emerit: et ante inpletum annum uitium in eo apparuerit: proprio domino suo reddi iubemus. quod si annus transierit. quicquid in mancipio uitii uidetur: nullam habeat reieitiendi {*sic*} causam. **S**i quis caballum conparauerit. et usque ad mensem uitium non habuerit: nullo modo non reitiatur. {*sic*} **S**i quis alterum ferierit. et sanguinem effuderit: uaccam reddat. et si maiorem plagam fecerit. secundum iudicium conponi precipimus. **S**i quis caballum a latrone abstullerit. si ualuerit argenti libram: accipiat untiam. sin autem minus: dimidium untie accipiat. **S**i quis ancillam alterius apprehenderit fugientem. et domino suo potuerit euadere. stagnum ferri merito accipiat. **S**i quis caballum alterius non indicauerit: et ipse potuerit capere. untiam dare debet. **N**ullus alterius siluam inlesam et altam deuoret. quod si grauiter fecerit. et ipsam effectionem reddere precipimus. **S**i quis uillam uendere capitalem uicino minanti aut sponte uoluerit. siue domum. siue ortum. potestatem habeat. et sepes que gignunt messes et herbam. **S**i quis clericus laicum ferierit. secundum plagam laici ordine sine dubio reddat. **S**i laicus clericum percusserit. et dictis manum suam redimat. et penitentiam agat. **S**i quis legittime {*sic*} legis uoluntate patrum [f. 10v] nupto filiam iunxerit ei. et hoc iuxta concubinam ancillam sibi habere presumpserit. ipse ab ecclesia dei. et ab omni christianorum. mensa sit extraneus. nisi ad penitentiam reuocetur. **S**i quis ancillam suam sibi in matrimonio

habere uoluerit: de suis rebus habet potestatem. si uoluerit postea uenundare eam non conceditur. quod si eam uenundare uoluerit: eum dampnare iubemus. et ancillam illam in sacerdotis ponimus potestatem. **S**i quis catholicus capillos totonderit more barbarorum: ab ecclesia dei alienus habeatur. et ab omni christianorum mensa donec delictum emendet.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 7)*

*C217 — cf. MS **A**, fols 130r–132v; MS **Ot**, fols 139r–141v; 'paruulus ... furatur retribuat': B104 (I104, O84), which adapts this sentence; last sentence: B156 (I154, O136), which combines this sentence with material from C218; A73 (C77, D82), which adapts the last sentence*

| | |
|---|---|
| *Source (*si quis seruus ... redditurum cognoscat*)* | *ELRF 5–8* |
| *Source (*si quis hominem ... parentibus restituantur*)* | *ELRF 10–15* |
| *Source (*si quis fornicatus ... timeat habere*)* | *ELRF 17* |
| *Source (*si quis seruum ... qui conatur*)* | *ELRF 19–20* |
| *Source (*paruulus ... commune dominorum existant*)* | *ELRF 26–34* |
| *Source (*si quis commisso ... hereditati relinquatur*)* | *ELRF 37–45* |
| *Source (*si quis ad ecclesiam ... elemosinam*)* | *ELRF 46, abbreviated (homoioteleuton)* |
| *Source (*si quis filiam ... reddere precipimus*)* | *ELRF 47–53. Note: ELRF 54 probably omitted in D146 through homoioteleuton.* |
| *Source (*si quis uillam ... penitentiam agat*)* | *ELRF 55–7* |
| *Source (*si quis legittime ... delictum emendat*)* | *ELRF 59–61* |

*The following two decretals have been added in the margins of Barlow 37, fol. 9v and 10r by Hand A. If meant as glosses to the text, there is no indication on the page of to which sections they pertain. It is difficult to see how the subject matter of these decretals (clergy exacting money in lieu of punishment for crimes, or for special services/permissions; prelates who, sensing an appeal is imminent, pass sentences of suspension/excommunication without first giving due warning, and [clerical] defendants who, fearing an unfavourable decision, claim the right to appeal before their sentence has been passed) applies to any of the topics raised in the text of Coll.Wig.D at this point; however, D146b may answer to D146's sections on non-appearance/performance at court (ELRF 29, 36, perhaps 44), and D146a may respond to those sections in D146 that require monetary compensation for violent crimes (e.g. ELRF 8–14, 46, perhaps especially 37 and 56–7).*

[D146a] Alexander. papa. Canturiensi {*sic*} et cestriensi. {*sic*} licet iuxta apostolum. Arguere. obsecrare. increpare debeamus: {cf. 2 Tim 4:2} sic tamen debemus excessus corrigere singulorum. ut probemur non quae nostra sunt sed quae iesu. christi. sunt querere. et in correctione facienda uideamur modestiam et maturitatem seruare. Accepimus autem quod archidiaconi. Canturiensis. et Couetrensis episcopatus. pro criminibus et excessibus puniendis. a clericis et laicis penam pecuniariam exigunt. In examinatione ignis et aque. XXX denarios a uiro et muliere querere presumunt. et pro annua exactione pecunie personas quandoque suspendunt. et ecclesias interdicunt. A uicariis quoque. XII denarios. ut in ecclesiis eos cantare permittant. exigere non formidant. et alia agunt quae canonum obuiant institutis. et de radice cupiditatis et auaricie uidentur prodire. Quia ergo sollicitudini nostre incumbit. pastorali diligentia prouidere. ne ab ecclesiasticis personis tue prouincie aliquid agatur. quod reprehensioni subiaceat. uel

ecclesiasticam honestatem denigraret:[11] fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus archidiaconis predicti episcopatus ex parte nostra et tua. districte inhibeas. ne pro excessibus corrigendis. aut criminibus puniendis. uel clericis aut laicis penam pecuniariam. nec pro examinacione ignis uel aque. denarios. amplius exigere audeant. uel alia que dicta sunt. quomodolibet exercere. Si autem contra prohibitionem tuam. ausu temerario uenire presumpserint: eos omni occasione et appellatione. cessante ecclesiastica censura procellas. et sententiam ipsam usque ad satisfactionem dignam facias inuiolabiliter obseruari.
*Source* *1 Comp. 5.32.3 (X 5.37.3) — DALE.1159.14315*

[D146b] Alexander papa III. Reprehensibilis ualde consuetudo in quibusdam partibus in inoleuit. ut cum fratres et coepiscopi nostri seu archidiaconi. appellaturos quosdam in causis suis estimant: nulla penitus amonicione {admonicione *corr.*} premissa. suspensionis seu excommunicationis. in eos sententiam ferunt. Alii etiam. dum superioris sententiam et disciplinam canonicam reformidant. sine ullo grauamine. appelationem obiciunt. et ad defensionem iniquitatis usurpant: quod ad presidium innocentium dinoscitur institutum. Quocirca ne uel prelati sine causa ualeant grauare subiectos. vel subditi pro sola uoluntate. sub appationis {appelationis *corr.*} obtentu. correptionem ualeant eludere prelatorum: presenti decreto statuimus. ut ne prelati. nisi canonica commonicione premissa. suspensionis uel excommunicationis sententiam proferant in subiectos. nisi forte talis sit culpa que ipso suo genere suspensionis uel excommunicationis penam inducat. Nec subiecti contra disciplinam ecclesiasticam. ante causæ ingressum; in uocem apellationis erumpant. Si uero quisquam pro sua necessitate crediderit appellandum: conpetens ei ad prosequendam appellationem: tempus prefigatur. Infra quod si forte prosequi neglexerit: libere tunc episcopus auctoritate sua utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellatio[**]uerit. {appellauerit *corr.*} et eo qui appellatus fuerit. ueniente. et qui appellauerit uenire neglexerit: si proprium quid habuit. {habuerit *corr.*} conpetentem illi recompensationem faciat expensarum. ut hoc saltem timore deterritus. in grauamen alterius. non facile quis apellet. Precipue uero hoc in locis religiosis uolumus obseruari. ne monachi siue quicumque religiosi. cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi. contra regularem prelati sui et capituli disciplinam. appellare presumant. sed humiliter ac deuote suscipiant. quod pro salute sua sciunt eis iniunctvm.
*Source* *1 Comp. 2.20.42 (X 2.28.26) — CLAT.1179.6*

[D147] **EXEMPLA SAXONICA AD CASTIGATIONEM HOMINUM.**
**G**ermanie sane prouintie mos est. doctoribus. ut omnium ordinatorum laicorumue delinquentium culpis equales in publico rependant noxas. Quamuis enim nobiles ignobilesque simili modo peccent. non uno tamen iuditio artantur. **S**i quis uilium personarum publice commiserit haut dubium quin publice arguatur. **N**imirum cum ad penitentiam conuersus fuerit: in die constituto qui. est. lune ante ecclesiam ueniat cilitio indutus. nudis apparens pedibus. scopam uero et forpicem secum habeat. ibique commissum a preposito ecclesie aut ieiunio accepto. aut uerbera

[11] denigraret] denigret *with macron over* r

passus doleat. **A**ttamen si preposito uidetur. ut hic penitens tanta non ualeat ferre ieiunia. palam omni clero scopis uapulet. quin etiam tonsus depiletur coma. **N**obilis si unius carine. hoc est XLgesimi ieiunium redimere cupit. aut flagra CC sustineat. aut CC solidos reddat.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[i])*
*C220*
*Source* *unidentified*

[D148] **ITEM.**
**S**i quis nobilium personarum nefas perpetrauerit. et emendare sponte noluerit. aut fastu cordis elatus hoc agere spreuerit: omni populo in derisum fiet. sicque excommunicatus ab episcopo inuitus ad penitentiam ueniet. et sic in carcerem missus peniteat. ieiunio maceretur. luminisque absentia puniatur.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[ii])*
*C221*
*Source* *unidentified*

[D149] **ITEM EXEMPLUM.**
**Q**vodam namque tempore audiuimus. quod quedam sanctimonialis deprehensa in adulterio. publice arguebatur. **H**uius etenim rei sic ordo fuerat. **I**lla uero concipiente prolem cum genuisset: fortasse huiuscemodi re {*sic*} facta. episcopi peruenit ad aures. Qui mox precepit die dominico dum missam celebraret eam cum infante adduci. statuique ipsum in matris collum. omnique astanti ait populo. **H**ec namque. est. fornicaria que fornicata. [f. 11r] est: peperitque filium iniquitatis. **P**orro ab omni plebe dum illuderetur ipsa meretri[*]us. {meretrix *corr.*} iussa. est. flagellis publice cedi. et annorum XII penitentiam agere. Namque et ipsum adulterum retrusum carcere. nouem diebus flagellis cedi iussit. totque annorum illi penitentiam inposuit.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[iii])*
*C222*
*Source* *unidentified*

*The following decretal has been added in the margin of Barlow 37, fol. 10v by Hand A. If meant as a gloss on the text, there is no indication on the page of to which section it pertains; nevertheless, the decretal's subject matter (clergy taking wives) suggests that D149 (relating a story about an adulterous nun) is the target text.*

[D149a] [Idem londoniensi *?*][12] Vniuersalis ecclesie sollicitudo quam prouidente domino regimus pro ecclesiarum statu nos conpellit. proensiori[13] cura satagere. et ut secundum dominum et iusticiam disponantur: uigilem diligentiam et studia adhibere. Accepimus autem ut plerique in tuo episcopatu degentes cum essent in accolitatus officio et infra constituti. uxores duxerint. et

[12] Two or three words above 'vniuersalis' are no longer visible due to the folio having been resized.

[13] proensiori] *read* propensiori

nichilominus ecclesias quas habebant prius detinere presumunt. Vnde quoniam uxorati uxorati {*sic*} cum diuisi sunt. et eos cogitare oporteat quomodo placere ualeant. et seruire: obsequiis solummodo non possunt diuinis intendere: fraternitati tue per apostolica scripta precipue mandamus quatinus predictos uiros. ecclesias libere et absolute dimittere. appellatione remota. conpellas. et eas aliis. personis. in sacris ordinibus constitutis concedas. Verum tamen si qui eorum aliquod in eisdem ecclesiis. simplex prius beneficium habuerat: {*sic*} ipsum eis excepto magisterio ecclesiarum. sub dissimula[**]one {dissimulatione *corr.*} dimittere poteris.
*Source* *1 Comp. 3.3.2 — DALE.1159.14267*

[D150] **ITEM**
**S**epe etiam et nos uidimus ipsi parricidas ieiuniis macerari. uinclisque ferreis quantociens coartari. ita ut proprio quis circumcinctus ense medius cum quo iracundus pertulit. {*sic*} trinisque uinclis adhibitis uno uinciretur brachio. et nunquam solui aliquem: nisi uera penitentia subueniente sacris solueretur in locis. sed huius auctoritatis causa nostris latet paginis.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[iv])*
*C223*
*Source* *unidentified*

[D151] **ITEM.**
**Q**vin etiam fatinora {*sic*} sua refutantibus profiterique nolentibus. grauia apponunt iudicia. **S**i quis dalatus {delatus *corr.*} fuerit furtum. aut quidlibet leuioris sceleris perpetrasse. feruentis ferri se defendat examine. **A**t uero sacrilegus et homicida qui creditur. esse. alio utatur iudicio. id est IX calidis uomeribus ordinatim positis nudis superambulet pedibus.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[v])*
*C224*
*Source* *unidentified*

[D152] **ITEM.**
**Q**vi autem suspicatur. esse. parricida. aut sui deceptor heri. et renuit uerum. esse. unum de duobus iudicium eligat. aut sepeliatur IX pedum profunditate usque in diem tertium. ut tamen inposita ori eius harundine tenuem emittat alitum. aut etiam cerato conseptus panno. igne consumente innoxius approbetur.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[vi])*
*C225*
*Source* *unidentified*

[D153] **ITEM.**
**A**vdiuimus etiam et opinionem de quodam adulterante clerico. quam graui sit usus iuditio. **N**am cum ipse in nefario concubitu apud alterum uirum nupte uxoris deprehensus. esset. ductus. est. ad episcopum: illo quoque precipiente dira uerberum passus. est. supplicia. tandemque eius collo ad portandum grauis affigitur trabes. et pro maioris adhuc causa dedecoris ei adcopulabatur licisca.

et adnexus currui presulis. quocumque iter agendum. esset. consecutus. est. eum. et ad ultimum in suo fronte causa facti. acu inpingitur: hic. est. profanus adulter.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[vii])*
*C226*
*Source* *unidentified*

[D154] **ITEM.**
**H**ec[14] quoque reticendum. est. quod quidam presbiter furtum aggressus. ut audiuimus bouem detraxit. **H**uic uero ne ad capitis duceretur periculum: ab episcopo decretum. est. ut restituto boue boui coniugaretur. passimque per loca ductum uapulari. et omni coma decaluari. nam et ipsius fronte nomen odibile ad ultimum prenotatum. est. [f. 11v] quod dicitur fur;
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[viii])*
*C227*
*Source* *unidentified*

*The following canon has been added in the margin of Barlow 37, fol. 11r by Hand A. If meant as a gloss on the text, there is no indication on the page of to which section it pertains. Nothing in the text on fol. 11r matches the subject matter of the first part of this canon (marriages and feasts for martyrs not to be celebrated during Lent); there is however a faint connection between the second part of this canon (on the proper grooming and attire for clerics) and D154 (relating a story about a priest who is shaved bald, branded and yoked to an ox as punishment for theft) vis-à-vis the mention of 'coma'. Note, however, that D156, on the next page, treats more directly the issue of clerical vestments and hair (specifically the deprivation thereof as punishment for adultery).*

[D154a] Canon {Canones *corr.*} orientalium antiquiorum patrum sinodis a uenerabili martino episcopo uel ab omni bracarensi concilio: excerptus. {excerpti *corr.*} Non liceat in XL[a] natales martirum celebrari. sed tantum sabbato et dominica pro commemoratione eorum oblationes offerri. sed nec natalicia nec nuptias liceat in XL celebrari. Item. Non oportet clericos comam nutrire. et sic ministrare. sed attonso capite patentibus auribus et secundum aaron talarem uestem induere: ut sint in habitu ornato.

| | |
|---|---|
| *Source (*canones orientalium ... concilio excerpti*)* | *unidentified, but cf. Summa monacensis ('Inperatorie maiestati')* |
| *Source (*non liceat ... XL celebrari*)* | *GRATIAN, C. 33 q. 4 c. 9 — MARTIN Capitula 48; cf. CLAO.300.51–2 (Dion. I/II)* |
| *Source (*non oportet ... in habitu ordinato*)* | *GRATIAN, D. 23 c. 32 — MARTIN Capitula 66; cf. SEA 25* (= *Carthage IV, 44)* |

[D155] **ITEM EXEMPLUM AD TERROREM.**

[14] hec] nec *coniecit Bateson*

**Q**vedam sanctimonialis adulterio deprehensa. iubente episcopo flagellis cesa. est. et omni spectante plebe circa inguina eius concidebantur uestimenta. et sic fede a suo depulsa. est. monasterio.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[ix])*
*C228*
*Source* *unidentified*

[D156] **DE IUDITIO SACERDOTUM.**
**S**acerdotes obnoxos {obnoxios *corr.*} antequam degradentur laicis iudicare nefas. est. dicente scriptura. Laicus non diiudicet christum domini. id est sacerdotem. **Q**uomodo autem sacerdos sit iudicandus. exemplo cuiusdam presbiteri cum alterius uiri coniuge adulterantis docetur. **Q**ui deprehensus cum. esset. in adulterio. in sinodali concilio. papa. residente. episcopisque quamplurismis {quamplurimis *corr.*} consedentibus presentatus est: et de eo quid. esset. agendum inter se dum duo quererent: iussum. est. ut sacerdotalia legerentur iudicia. perlectisque satisfacere papa decreuit. **Q**uantum uero ad solum pertinet sacerdotem perlecto iudicio. ipse medius statuitur alba indutus et casula. et omni ueste que ad sacerdotale ministerium contingit. duo aggredientes presbiteri accipientes eius casulam in limbo. et replicantes eam detrahebant. Secundo perlecto iuditio stola depriuatus est. **T**ercioque finito: alba et omni sacerdotali uestemento {uestimento *corr.*} expoliatus. est. **N**ouissime autem forpicibus tonsus turpiter decaluatus. est. **N**ostrum inquit papa quod ad iudicium pertinebat conpleuimus. si quid uero residui sit: uestras eum secundum leges iudicate. **H**oc audito sermone laici eum accipientes extra ecclesiam ducebant. dirisque flagris affectus. tamdiu per plateas trahebant. usque dum diri lapides suas resecabant membratim carnes. et castratum atque uario modo minus conflictum: uix semiuiuum dimiserunt.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[x])*
*C229*
*Source* *unidentified*

[D157] **DE INPROUISO IUDITIO.**
**S**vnt namque his temporibus iudices qui pro modico commisso homines morti statim adiudicant. paruipendentes monita apostoli dicentis. castigate: et non mortificate. {2 Cor 6:9} Castigandi sunt enim rei diris flagris. uel uinculis. et in carcerem mittendi sunt: et trabibus includendi. et plumati piceque perfusi ad spectaculum publicum in cippum mitti debent. et diuersis penis cruciandi sunt: ne anime pro quibus ipse dominus passus. est. in eterna pena dispereant. **D**iuersis itaque modis rei puniendi sunt. et non statim necandi: sed per penas saluandi. ne in eternas incidant penas. [f. 12r] alii ut diximus cathenis et flagellis. alii fame. uel frigore constringendi sunt. alii pellem et pilos simul perdentes turpiter obprobria sustineant. et alii adhuc acrius constringantur. id est membrum perdant. oculum uidelicet uel nasum. manum uel pedem. seu aliud aliquod menbrum. {*sic*} unusquisque autem prout gessit penas exsoluat. uerumtamen iudices non sint inmemores. euangelici sermonis. **I**n quo enim iuditio iudicaueritis. iudicabimini.

{Mt 7:2} Iacobus quoque dicit. **I**uditium. enim. est. sine misericordia. illi qui non facit misericordiam. {Iac 2:13}

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[xi])*

*C230 — cf. I170/O165, which abbreviates and adapts this text, and combines it with material from Coll.Wig.B and Coll.Wig.I/O; I168–69/O163–64; LawVIAtr(Lat) 10.1*

*Source unidentified*

[D158] **EXEMPLUM PENITENCIE.**

**Q**vinque uel VII annis tibi .N. penitentia nunc a nobis inponitur. sed in isto primo anno arma depone. ad communionem noli accedere. **Q**uando plebs ad ecclesiam conuenerit. ad hostium ecclesie missarum sollempnia audi. **S**i uero populus ad ecclesiam non conueniat. cum sacerdote intra ecclesiam et ora. **A**b uxoris carnali copulatione. et ab omni fornicatione te omnimodis abstine. **I**n toto isto anno carnem ne comedas. exceptis diebus dominicis. et natale domini usque epiphaniam. et pascha. et pentecosten. et ascensione {*sic*} domini. uel sollempnitate {*sic*} sancte marie. et sanctorum XII apostolorum. et sancti iohannis baptiste. et festiuitatibus sanctorum in hac parrochia quiescentium. **V**inum tribus in ebdomada diebus. id est II[a] et IIII[ta] et VI[a] bibere noli. aliis tribus III. V et VII feria caute bibe. cum biberis. Pasce quoque unum pauperem. omni die refectionis tue. et si quando manducaueris aut biberis. uide ut ad crapulam aut ebrietatem non peruenias. **D**e balniatione corporis tui et rasione in prouidentia erit presbiteri. **S**i autem hoc anno hec libenter sustinueris: deinceps deo propitio mitius iudicaberis.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 8[xii])*

*C231 — cf. C235/D162, C237 and C238/D164*

*Source unidentified*

[D159] **ITEM EXEMPLUM PENITENCIE.**

*(fol. 12r–v): Bishop WVLFSTAN, Letter to the English clergy and religious, reporting on the penitential status of an unnamed English parricide (written 996x1002)*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 233–34 [no. 1]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 79 [no. 1]; coll. [as 'Bar'] BETHVRVM, Homilies, 374; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[i])*

*C232; MS **H**, fol. 41r*

[D160] **ITEM EXEMPLUM.**

*(fol. 12v): Bishop WVLFSTAN, Letter to the English clergy and religious, beseeching prayers for an unnamed Englishman who unintentionally ('casu') killed his own child ('proprie sobolis') (written 996x1002)*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 234 [no. 2]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 79–80 [no. 2]; coll. [as 'Bar'] BETHVRVM, Homilies, 374–75; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[ii])*

*C233; MS **H**, fol. 41r*

[D161] **ITEM EXEMPLUM.**

*(fol. 12v): Bishop WVLFSTAN, Letter to the English clergy and religious, beseeching prayers for an unnamed Englishman who, in anger, killed his brother ('proprii fratris') (written 996x1002)*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 234 [no. 3]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 80 [no. 3]; coll. [as 'Bar'] BETHVRVM, Homilies, 375; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[iii])*

*C234; MS **H**, fol. 41r*

[D162] **ITEM EXEMPLUM.**

*(fol.12v): IOHANNES PAPA (XVIII ?), Letter to an unnamed archbishop, commending an unnamed penitential pilgrim ('nomine .N.') recently returning from Rome with a sentence of life-long penance for an unspecified crime (written 1004x1009 ?)*

*Note: this letter (beginning 'Huius igitur ostensorem') not catalogued by Jaffé–Löwenfeld.*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 234–35 [no. 4]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 80 [no. 4]; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[iv])*

*C235; MS **H**, fol. 41r–v — cf. C231/D158; C237; C238/D164*

[D163] **ITEM EXEMPLUM.**

*(fols 12v–13r): GREGORIVS PAPA (V ?),*[15] *Letter to (arch)bishop Ælfric (of Canterbury, 995–1005 ?), commending an unnamed penitential pilgrim recently returning from Rome with a sentence of seven years of penance for unintentionally ('non sponte') killing his own son (written 996x997 ?)*[16]

*Note: this letter (beginning 'Notum fieri volumus') not catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD.*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 235 [no. 5]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 80 [no. 5]; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[v])*

*C236; MS **H**, fol. 41v — 'in una domo duas noctes ... fuerit infirmitate': cf. I183/O8 and C211/D141*

[D164] **ITEM EXEMPLUM.**

*(fol. 13r): IOHANNES PAPA XVIII, Letter to Archbishop Wulfstan, commending an unnamed penitential pilgrim recently returning from Rome with a sentence of life-long penance for killing his brother ('fratricidio') and for other crimes (written 1004x1009)*

*Note: this letter (beginning 'Iste vir pro') not catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD.*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 235–36 [no. 7]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 81 [no. 7]; coll. [as 'Bar'] BETHVRVM, Homilies, 375–76; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[vi])*

*C238; MS **H**, fols 41v–42r — cf. C231/D158; C235/D162; C237*

[D165] **ITEM EXEMPLUM.**

*(fol. 13r): IOHANNES PAPA (XIX ?),*[17] *Letter to an unnamed archbishop, commending an unnamed*

---

[15] Or perhaps Gregory VI, in which case the addressee would be Ælfric Puttoc, archbishop of York (1023–1051) and bishop of Worcester (1040–1041). This of course would mean that *Coll.Wig.C* 235/*D* 162, like *Coll.Wig.D* 167 and probably *Coll.Wig.D* 165, would be an unauthorized addition to Wulfstan's collection of penitential letters.

[16] Whitelock (*C&S*, I.i, 233) suggests that Ælfric was designated *episcopus* and not *archiepiscopus* in this letter because he had not yet obtained his pallium, which he did in 997.

[17] Aronstam, 'Pope Leo IX', 536 n. 13, has argued that this letter was written by Pope John XIX, noting that it is absent from **H** (contemporary with Wulfstan), and that the style and type of the penance stipulated in this letter differentiate it from the letters in this collection that were written by Pope John XVIII.

*penitential pilgrim recently returning from Rome with a sentence of fourteen years of penance for unintentionally ('casu accidente') killing his own child ('proprii sobolis') (written 1024x1033 ?)*

*Note: this letter (beginning 'Visis apostolorum liminibus') not catalogued by* JAFFÉ–LÖWENFELD.

*Note: this letter probably a later, unauthorized addition to Wulfstan's collection of penitential letters.*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 236 [no. 8]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 81 [no. 8]; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[vii])*

*C239*

[D166] **ITEM.**

*(fol. 13r): Archbishop W(VLFSTAN ?),[18] Letter to an unnamed pope ('domino pape .N.') and all Roman clergy, commending an unnamed penitential pilgrim arriving in Rome seeking penance for killing his cousin ('avunculi sui filium') (written 1002x1023 ?)*

*(coll. [as 'Bar.'] WHITELOCK, C&S, I.i, 237 [no. 9]; coll. [as 'B'] ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 82 [no. 10]; coll. [as 'Bar'] BETHVRVM, Homilies, 375; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[viii])*

*C240; MS **H**, fol. 42r; MS $\mathbf{P_1}$, fol. 170r*

[D167] **ITEM EXEMPLUM.**

*(fol. 13r–v): LEO PAPA (IX ?), Letter to Archbishop E(adsige ?), restoring to the priesthood the presbiter Andrew, who has recently completed/satisfied (in Rome?) a sentence of seven years of penance for murder ('homicidii') (written 1049x1050 ?)*

*Note: this letter (beginning 'Hunc Andream presbiterum') catalogued by JAFFÉ–LÖWENFELD as belonging to Pope Alexander III (JL 13912); on the misascription to Alexander, and the subsequent controversy this decretal generated in the twelfth century, see S. Kuttner, 'The decretal "Presbiterum" (JL 13912) — a letter of Leo IX', Bulletin of medieval canon law n.s. 5 (1975), 133–35.*

*Note: this letter a later, unauthorized addition to Wulfstan's collection of penitential letters.*

*(ed. ARONSTAM, 'Penitential pilgrimage', 82 [no. 9]; ed. ARONSTAM, 'Pope Leo IX', 541; catalog. SAVER, 'Transmission', item 9[ix])*

[D168] **INCIPIUNT EXCERPTA DE CANONIBUS CATHOLICORUM PATRUM. VEL PENITENCIALE AD REMEDIUM ANIMARUM: ECHBERTI ARCHIEPISCOPI EBORACE CIUITATIS.**

**I**nstitutio illa que fiebat in diebus patrum nostrorum. rectas uias nunquam deseruit. **Q**ui instituerunt penitentibus atque lugentibus suas passiones ac uitia medicamenta salutis eterne. quia diuersitas culparum: diuersitatem facit penitentibus medicamenti. **N**am si medici corporum diuersa medicamenta uel potiones solent facere contra diuersitatem infirmitatum uel si iudices secularium causarum diuersa iuditia recte atque diligenter tractant. quomodo recte iudicent inter miseros et diuites. inter causam et causam. quanto magis sacerdotes dei diuersa medicamenta animarum inuisibilium hominibus pensare et tractare oportet: ne per stultum medicum uulnera

[18] '.W.' is the reading in MS C, while MSS DH have '.N.' Instead of '.W. anglorum archiepiscopus', the version of this letter that has been copied into $\mathbf{P_1}$ has '.W. scyreburnensis ęcclesie', indicating Wulfsige, bishop of Sherborne (993–1002). Due to their being identical, determining whose version of this letter, Wulfstan's or Wulfsige's, is original may be impossible; however, Karl Jost and Dorothy Whitelock have suggested that Wulfstan's version came first: see *C&S*, I.i, 230–31.

animarum fiant peiora propheta dicente. conputruerunt et deteriorauerunt cicatrices mee. a fatie {*sic*} insipientie mee. {Ps 37:6} **O** stulte medice. noli decipere animam tuam et illius. ne duplicem penam accipiatis. {accipias *corr.*} uel septupla.[19] uel millenam. **A**udi christum dicentem. Si cecus cecum duxerit. nonne ambo in foueam cadunt? {Lc 6:39} **N**on intelligis quod iudex iustus et fortis. uidet. et audit. et in palam abscondita deducet. et reddet unicuique secundum opera ipsorum? **V**ere sunt nonnulli cecorum sacerdotum canum similitudine currentium ad cadauera mortuorum. uel more coruorum uolantium. qui dum ad sacerdotium euehuntur: non propter deum. sed plus propter honorem terrenum inhiantes lucra terrena. ceci diuina sapientia. [f. 14r] **D**e talibus dixit gregorius nazanzenus. **T**imeo quod canes adsectantur officium pastorale. maxime cum in semetipsis nichil pastorale preparauerunt discipline. **H**ezechiel namque ait. **V**e pastoribus israel qui pascebant semetipsos et non greges meos. lac bibebant. et lanis eorum operiebantur: et quod confractum fuit non alligabant. et quod crassum fuit manducabant. et cetera. {Ez 34:2–4} **I**tem hezechiel ait. Ve sacerdotibus qui comedunt peccata populi mei. {Os 4:8; cf. Ez 44:29} hoc. est. sibi eorum sumentes uictimas. et non orantes pro eis: comedentes hostias. et non corripientes. **Q**ui ubi morituros homines audiunt. inde gaudentes preparant se ad predam quasi corui ad cadauera mortuorum. **N**unc ergo fratres qui uoluerit sacerdotalem auctoritatem accipere. in primis propter deum cogitet. et preparet arma eius antequam manus episcopi tangat caput ipsius. id est psalterium. lectionarium. antiphonarium. missalem. baptisterium. martirlogium. in anni circulum ad predicationem. et compotum. cum cyclo. hoc. est. ius sacerdotum. postea autem penitentialem. **Q**ui hoc ordine secundum auctoritatem canonum ordinandus est: ut discretiones omnium causarum inuestiget. sine quibus rectum iuditium non potest stare. quia scriptum. est. **I**n nulla re appareas indiscretus. sed distingue. quid. ubi. quandiu. quando. uel qualiter debeas facere. **N**on omnibus ergo in una eademque libra pensandum. est. licet uno constringantur uitio. sed discretio sit inter unumquemque eorum. hoc est inter diuitem et pauperem. liberum et seruum. infantem et puerum. iuuenem et adolescentem. atque etate senem. hebetem et gnarum. laicum et clericum. siue monachum. episcopum. presbiterum. diaconum. subdiaconum. lectorem. in gradu positum. uel sine. In coniugio uel sine. inter uirginem et feminam. canonicam uel sanctimonialem. inter debiles et infirmos uel sanos. et de qualitate corporum uel hominum. continentes uel incontinentes. uoluntate uel casu. in publico uel in abscondito. quali conpunctione emendet. necessitate uel uoluntate. loca et tempora discernantur. **H**anc institutionem collationum constituerunt sancti apostoli. deinde sancti patres. deinde alii atque alii. ut ieronimus. augustinus. gregorius. et theodorus. ex quorum omnium ista descripsimus dictis et sententiis ueraciter ut salui sint omnes. et non pusillanimes. quia potentes potenter tormenta patiuntur. **I**tem in iesu [f. 14v] filii sirach. In iudicando esto misericors. pupillis ut pater. et pro uiro matri illorum. {cf. Dt 27:19; Ier 5:28; Lc 6:36} **I**tem sanctus iacobus dicit. **I**udicium sine misericordia erit illi qui non facit misericordiam. **E**t superexaltet autem misericordia iuditium. {Iac 2:13} ut idem ipse consequatur. ut ait sanctus benedictus. **H**oc. est. ueram penitentiam facere in ieiunio et fletu. in elemosinis. in

---

[19] septupla] *with stroke through* l *as if* septupula

orationibus. et perpetrata iterum non facere. et si fecerit: tamen non perseueret in eis. {cf. Ioel 2:12} quia deus dixit. **M**alum cogitasti. ignoui: malum dixisti. ignoui: malum fecisti. ignoui: perseuerare in malo non ignosco. {Sir 21:1} **E**rgo eis qui perseuerant in malo non ignosce. sed iudica iuditium districtum secundum canones. ut alii timorem habeant.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 160; catalog. SAVER, 'Transmission', item 10)*

*C109; MS **J**, fols. Iv–3r (coll. [as 'B'] CED, III, 416–18); MS **P**$_1$, fols 147v–149r; Pontifical.Lanalet. (ed. DOBLE, 125–27) — cf. Pontifical.Ecgb. (ed. BANTING, 5–7), which lacks the apparently distinctive English readings in the passage 'liberum et seruum ... uoluntate uel casu' (see CED, III, 417 n. 34); C132/D200 and I166/O161, each of which adapts differently the passage 'non omnibus ergo ... et tempora discernantur'*

*Source* *PECG.700.pref., with some readings apparently distinctive to the English tradition of this text — 'ezechiel ait ...non corripientes': Coll.Hib.A 2.17.a/Coll.Hib.B 2.19 (MS **A**, fol. 8v); 'in ulla re ... qualiter debeas facere': ISIDORE, Syn. 2.78*

[D169] **HAEC SUNT IURA QUE SACERDOTES DEBENT HABERE.**

**V**t unusquisque sacerdos ecclesiam suam cum omni diligentia edificet. et reliquias sanctorum cum summo studio uigiliarum noctis. et diuinis offitiis conseruet. **V**t omnes sacerdotes horis conpetentibus diei et noctis suarum sonent ecclesiarum signa. et sacra tunc deo celebrent officia: et populos erudient. {erudiant *corr.*} quomodo aut quibus deus adorandus. est. horis. **V**t omnibus festis et diebus dominicis unusquisque sacerdos euangelium christi predicet populo. **V**t unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiant. {*sic*} ut sciant qualiter decimas totius facultatis ecclesiis diuinis debite offerant. **V**t ipsi sacerdotes a populis suscipiant decimas. et nomina eorum quicumque dederint scripta habeant. et secundum auctoritatem canonicam coram timentibus deum diuidant. et ad ornamentum ecclesie primam eligant partem. sceleram {secundam *corr.*} autem ad usum pauperum. atque peregrinorum. per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent. tertiam uero sibimetipsis sacerdotes reseruent. **V**t unusquisque sacerdos orationem dominicam et simbolum populo sibi commisso curiose insinuet. ac totius religionis et christianitatis cultum eorum mentibus ostendat. **V**t cuncti sacerdotes precibus assiduis pro uita et imperio domini imperatoris. et filiorum ac filiarum salute orent. **V**t unusquisque sacerdos cotidianis assistat orationibus pro pontifice cuius gubernatur regimine. **V**t nullus sacerdos in domibus uel aliis locis nisi in ecclesiis dedicatis celebrare missas audeat. **V**t a cunctis sacerdotibus ius et tempus baptismatis temporibus congruis secundum canonicam institutionem cautissime obseruetur. **V**t omnes sacerdotes quibuscumque horis omnibus indigentibus baptismum [f. 15r] infirmitatis causa diligentissime tribuant. **V**t nullus presbiter sacrum offitium siue baptismatis sacramentum. aut aliquid donorum spiritalium pro aliquo precio uendere presumant. {*sic*} ne uendentes et ementes in templo columbas imitentur. et pro his que adepti sunt gratia diuina non precia concupiscant terrena. sed solam regni celestis gloriam promereantur accipere. **V**t nullus presbiter a sede propria sancte ecclesie sub cuius titulo ordinatus fuit. ammonitionum {ammonitioni *corr.*} causa ad alienam pergat ecclesiam. sed ibidem deuotus usque ad uite permaneat exitum. **V**t nullus sacerdotum numero. ebrietatis uitium nutriet. nec alios cogat per suam iussionem inebriari. **V**t nullus sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem. nec in sua domo in qua ipse habitat ullam mulierem unquam permittat habitare. **N**ulli sacerdoti liceat fideiussorem. esse. neque derelicta propria lege: ad secularia

iuditia accedere presumat. **N**emo sacerdotum ex numero arma pugnantium unquam portet. nec litem contra proximum ullam excitet. **V**t nullus presbiter edendi et bibendi causa gradiatur in thabernas. **V**t nullus sacerdos quicquam cum iuramento iuret. sed simpliciter cum puritate et ueritate dicat omnia. **V**t cuncti sacerdotes omnibus sibi confitentibus sua crimina. dignam penitentiam cum summa uigilantia indicent. {*sic*} et omnibus infirmis ante exitum uite uiaticum et communionem corporis christi misericorditer tribuant. **V**t secundum diffinitionem sanctorum patrum. si quis infirmatur a sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter unguatur.

*Note: in all English witnesses except MSS **C** and **I** this text is immediately preceded by PECG.700.pref,*[20] *an arrangment probably originating with Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 10575 or its exemplar.*

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 160, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 11)*

*C2; B2–22 (I4–24, O–); MS **J**, fols. 3r–5r; MS $P_1$, fols 149r–150v; Pontifical.Lanalet. (ed. DOBLE, 127–28) — cf. Pontifical.Ecgb. (ed. BANTING, 7–8), whose copy of GHAERBALD, Cap.I is a hybrid Continental-Insular version; Coll.Wig.R, whose copy of GHAERBALD, Cap.I is incomplete*

*Source GHAERBALD Cap.I, 1–21*

[D170] **DE CONFESSIONIBUS FIDELIUM ACCIPIENDIS QUALITER PRO MODULO ET QUANTITATE PECCATI SIT PENITENCIE TEMPORIS INSTITUTIO.**

**Q**uerendum namque est sacerdoti cum accipit quorunlibet fidelium confessionem peccatorum qualiter ipsum peccatum primum perpetratum sit. aut si postea iteratum. aut frequenter perpetratum. si sponte. si coacte. si per ebrietatem. uel per quodlibet aliud ingenium factum sit. **E**t cum inuenerit unde radix illius peccati processit: tunc congruam adhibeat medicinam. **S**ecundum canonem itaque auctenticorum {*sic*} patrum. esse. debet. et non secundum placitum hominis: nec in hac parte uoluntas aut gratia hominis sectanda. est. sed uoluntas dei omnibus exquirenda. quatinus dignis precibus et penitudine digna placari possit omnipotentis uindicta. quam suo uitio prouocauit.

*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 155–56; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 160, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 12)*

*C116*

*Source THEODVLF Cap.2, 3.1–2 (weit.rezept.), abbrev.*

[D171] **DIUERSITAS CULPARUM DIUERSITATEM EXIGIT PENITENCIARUM.** [f. 15v]

{**S**icut corporum medici diuersa medicamenta diuersis generibus morborum conponunt. ita. etiam. spiritales medici diuersis curationum generibus. animarum uulnera sanare debent. Vetus namque prouerbium est. Contraria: contrariis sanantur. Qui enim illicita commisit: a licitis cohercere se debet. et qui per corpus peccat: per corpus peniteat. **S**ed et hoc in omni penitencia sollerter intuendum est. quanto quis tempore in delictis maneat. qua eruditione sit inbutus. quali inpugnatur passione. quali existat fortitudine. quali uideatur affligi lacrimabilitate. *add. in mg. by Hand A*}

[20] Cf. Haggenmüller, *Überlieferung*, p. 289.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 13a)*
*cf. I166/O161; 'qui per corpus peccat per corpus peniteat': also in C111, C195, I166/O161, O19, O160*
*Source* *Coll.Wig.I 166/O 161, first part — PCOB.600.pref. (ed. Bieler, 98, lines 14–19), abbrev + PCUM.600.pref. (ed. Bieler, 110, lines 19–21) + MS **E**, p. 125 + PCUM.600.epil. (ed. Bieler, 132, lines 22–4)*

[D172] **QUALITER PENITENS SUSCIPI DEBEAT.**
**P**enitentem ex corde ita oportet suscipi. sicut dominus ostendit cum dicit. Quia conuocat amicos et uicinos dicens. **C**ongratulamini mihi: quia inueni ouem. et reliqua. {Lc 15:6} Et item basilius dicit. **E**rga eum qui pro peccato non pertinet {*sic*} teles. {tales *corr.*} esse. debemus. sicut dominus precepit dicens. Sit tibi sicut gentilis et publicanus; {Mt 18:17} **E**t sicut apostolus docuit dicuit {*sic*} dicens. **S**ubtrahite uos ab omni fratre ambulante inordinate. et non secundum traditionem quam tradidimus uobis; {2 Th 3:6}
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 13b)*
*cf. A96–7 (C100–01, D106–07); I166/O161; Wulfstan's Admon.sp.doctr.*
*Source* *Coll.Wig.I 166/O 161, last part; cf. Coll.Wig.A 96–7 — BASIL–RVFINVS Regula, 27–8 (ed. Zelzer, 75)*

[D173] **HEC SUNT CAPITALIA CRIMINA**
*(fols 15v–18v): PECG.700*
*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 160; catalog. SAVER, 'Transmission', item 14a)*
*C110*

{*Hand C stops at the bottom of fol. 17r; Hand A resumes at the top of fol. 17v*}

[f. 18v...]
[D174] **ITEM.**
**P**recium uiri uel ancille. pro mense. uel anno In evangelio: mulier paupercula pro quadrante laudatur. plusquam potentes pro precio magno. {cf. Mc 12:42–4} et ideo qui. potest. inplere quod in penitenciali scriptum est: hoc ualde bonum est. **Q**ui non potest: secundum posse pauperibus elemosinam[21] tribuat. id est pro unaquaque die. I denarium. uel II uel III. et in unaquaque ebdomada ieiunet. diem I uel II uel III. [f. 19r] et dimittat debitoribus. id est peccantibus in se. conuertatque peccatores ab errore.
*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161; catalog. SAVER, 'Transmission', item 14b[i])*
*cf. C111; O19; MS **E**, p. 125*
*Source* *Coll.Wig.C 111, abbrev. — MS **E**, p. 125, abbrev.; 'in evangelio ... precio magno': unidentified*

[D175] **ITEM.**
**P**ro uno anno donet in elemosinam. solidos XXX. Secundo anno. XX. Tercio anno. XV. **P**otentes autem potenter peniteant. uel penitenciam potenter redimant. id est ut zacheus dixit. ut superius

[21] elemosinam] elemos *with macron over* s

scriptum est. Et qui. potest. de terra aliquid ecclesiis dei conferre in elemosinam: conferat. et de mancipiis propriis dimittat liberos. ac captiuos redimat et quod iniuste egit ab illo die non repetat. sed uiriliter peniteat.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161; catalog. SAVER, 'Transmission', item 14b[ii])*
*cf. C112, O20–1; MS **E**, p. 125; C196*
*Source* *Coll.Wig.C 112, adapted — MS **E**, p. 125, adapted; 'sed uiriliter peniteat': unidentified. Note: all sources quote Lc 19:8 where D175 has 'ut superius scriptum est'.*

[D176] **ALIA MEDICINA.**
**C**antacio unius misse pro duobus diebus. Tres misse pro ebdomada. duodecim misse pro mense. Duodecies. XII misse pro anno.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161; catalog. SAVER, 'Transmission', item 14b[iii])*
*C113 — cf. O22, which reads 'tribus' for 'duobus'; MS **E**, p. 125*
*Source* *Coll.Wig.C 113 — MS **E**, p. 125*

[D177] ro {*sic*} uno die. L spalmi {*sic*} cum genuflexionibus. uel spalterium {*sic*} totum sine genuflexione.

*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161; catalog. SAVER, 'Transmission', item 14b[iv])*
*C114; O23 — cf. MS **E**, p. 125*
*Source* *Coll.Wig.O 23 — MS **E**, p. 125*

[D178] **L**egimus in penitenciali pro criminalibus culpis: annum I aut II aut III Siue IIII aut V uel VI uel VII penitenciam agere in pane et aqua. **V**el pro aliis minutis culpis. diem I aut ebdomadam. uel mensem I. siue dimidium annum. **S**ed hec causa ardua et difficilis. est: Et istis iam temporibus id suadere penitentibus non possumus. Et ideo qui ita non. potest: consilium damus. ut unusquisque penitens in aliis piis operibus quantum. potest. studeat diluere peccata sua. id est in orationibus. et psalmis. ac uigiliis. et elemosinis. et assiduis lamentacionibus. siue in cruce stando. aut sępius flectendo genua. necnon et in susceptione pauperum. et peregrinorum. et ieiunet sicut uenerabilis presbiter beda ordinauit. Ita enim dicit. Penitencia semper isto ordine seruata sit. Ab uno anno et deinceps. de qualicumque criminali peccato. id est in unaquaque ebdomada III dies sine uino. et medone et carne. et ieiunet usque ad uesperam. et manducet de sicco cibo. et XLmas semper de sicco cibo. et ieiunet III dies ad nonam. et III ad uesperam. In diebus dominicis et festiuitatibus precipuis faciat caritatem sicut sui compares clerici uel laici faciunt;

*Note: D178 is at times slightly more, at times slightly less faithful to the source than C115*
*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 161; catalog. SAVER, 'Transmission', item 14b[v])*
*C115 — cf. O18*
*Source* *Coll.Wig.O 18, partial. Note: C115/D178 replaces O18's 'uiuat' with 'et ieiunet III dies ad nonam et III ad uesperam' (from the original source) — PPTH.800.15.42–3 (ed. van Rhijn, 44–5, lines 133–56), adapted*

[D179] **DE PRESBITERO SI NON PROHIBET ADULTERIUM.**
**P**resbiter si in domum suam adulterum uel adulteram retinuerit. et quod nefas est {consenserit *add. sup. lin.*} adhulterium in domo sua fieri: sciat se sui gradus honore priuandum. Si uero hoc in plebe sibi commissa repererit. et statim si uires suppetunt non emendauerit sed siluerit: et consenserit adulteris aut propter potenciam. aut propter illorum beneficium: sciat se cum depalatum fuerit. excommunicandum. Si. uero. ille quantum potuit. et increpauit et ammonuit. et excommunicauit. et non potuit illud malum uitare: animam [f. 19v] suam liberauit. Uerumtamen cum omni studio debet archidiachono suo. et archidiaconus episcopo nunciare.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 153–54; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[i])*
*C117*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 2.1 (weit.rezept.)*

[D180] **DE INCESTIS.**
**D**e incestis omni studio perquirendum est sacerdotibus. per homines ueraces. et timorem dei ante oculos habentes. Et si repertum fuerit: statim aut per se emendare studeant: aut cum adiutorio archidiaconi et episcopi. hoc ipsum exstirpare satagant. Ne tanto flagicii scelere et illi polluantur. et pereant. et alii eorum uicinitate omnipotentis dei iram incurrant.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 154; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[ii])*
*C118*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 2.2 (weit.rezept.)*

[D181] **DE HOMICIDIS.**
**S**i quis uoluntarie et per insidias homicidium perpetrauerit: iugi se penitencie submittat. Et si hoc publice actum constat. si laicus est ponat arma. et omnem secularem militiam. et publice satisfaciat. ita ut XL diebus extra ecclesiam foris ad ostium oret. quibus in pane et aqua exactis: a communione orationum quinquennio remouatur. {*sic*} Post quinquennium tantum in orationvm communionem recipiatur. non offerat. non corpus domini omnino attingat. in quo perdurans XIIII annos. tunc ad plenam communionem cum oblatione recipiatur. **E**t si mors antea preocupauerit: circa exitum uite hanc consequatur humanitatem. ut uiaticum accipiat et eucharistiam. Abstinentia {igitur *add. sup. lin.*} illius sit in arbitrio sacerdotis. ut secundum personam et possibilitatem: sic ei inponatur et abstinencia ciborum. **S**i autem occultum sit occulte similiter agat. ut superius insertum tenetur.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 158–59; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[iii])*
*C119*

| | |
|---|---|
| *Source* | *THEODVLF Cap.2, 4.1 (weit.rezept.) — 'si quis uoluntarie ... penitencie submittat' and 'circa exitum uitae': CANC.314.21/22 (Isidori vulg.), abbrev., adapted* |
| *Source (*et si mors antea preocupauerit*)* | *unidentified* |

[D182] **ITEM.**

**S**i quis casu non uolens homicidium perpetrauerit: prior quidem regula post VII annorum penitenciam communione sociauit. secundum gradus constitutos. Hec uero anchirani concilii diffinitio quinquennii temporis tribuit. Ita. uidelicet. ut XL diebus foris ad hostium ecclesie stet. quibus peractis: biennio ab oratione ceterorum fidelium segregetur. non communicet. non offerat. Post biennium recipiatur in communione orationum. et offerat. non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis manebit. secundum. personam. et qualitatem hominis. sic et pondus abstinentie erit.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 159; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[iv])*
*C120*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 4.2 (weit.rezept.) — 'si quis casu ... constitutos' and 'quinquennii temporis tribuit': CANC.314.22/23 (Isidori vulg.), abbrev., adapted*

[D183] **DE MVLIERIBVS.**
**M**vlieres que fornicantur et partus suos necant. aut secum agunt ut utero conceptus {*sic*} excutiant: antiqua quidem diffinitio usque ad exitum uite eas ab ecclesia remouit. Humanius autem {nunc *add. in mg.*} secundum anchirani concilii diffinitionem. X annorum penitencie submittuntur. ita uidelicet. ut XL diebus foris ad ostium ecclesie orent. quibus peractis: annorum IIII spatia a communone fidelium et oblatum. {*sic*} remoueantur. Exinde in communione orationum recepte. [f. 20r] decennii tempus impleant. et propter humanitatem eucharistiam post actam penitenciam accipiant. Erit tamen in arbitrio sacerdotis utrum post perfectionem penitencie. ad corpus. christi. accedere debeant. Secundum quod eas uiderit conpunctas. et in lacrimis afflictas. et deuotionem magnam habentes. **C**iborum abstinentia erit in sacerdotis prouidentia. secundum quod eas uiderit posse. ex persone qualitate.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 160–61; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[v])*
*C121*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.1 (weit.rezept.) — 'mvlieres que ... nunc' and 'X annorum penitencie': CANC.314.20/21 (Isidori vulg.), abbrev., adapted*

[D184] **ITEM DE MVLIERIBVS.**
**M**vlier que duobus [*] {[*] *ras.*} fratribus nupserit: abici debere usque ad diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet. ita tamen ut prius soluatur coniugium et maneat innupta. et uir eius absque uxore. simili penitencie subdatur. Quod si duo fratres cum una femina fornicati fuerint. nescientes alter alterius fornicationem: statim ut connouerint adulterium. qui eam habet uxorem dimittat. et ille quidem post actam penitenciam. si uxor defuncta fuerit. potest. alteri sociari. Illa uiuente: nequaquam. Illa nunquam alterius poterit in coniugium assumi. sed iugi penitencia submissa. ad exitum uite communionis gratiam percipiat.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 161; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[vi])*
*C122*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.2–3 (weit.rezept.) — 'mvlier que ... ita tamen ut': CNEO.315.2 (Isidori vulg.), partial*

[D185] **DE** {**HIS** *add. sup. lin.*} **QUE FILIUM OPPRIMVNT.**

**M**vlier que dormiens filium suum oppresserit. et mortuus fuerit: VI annos peniteat. Vir eius si in domo fuerit: IIII. Si uero in uno lecto: simili modo peniteant. Duos annos in pane et aqua. Reliquos. IIII[or]: secundum quod sacerdos uiderit illos posse. ita eis abstinentiam imponat ciborum.

*(coll. [as 'O₁'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 162; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[vii])*

*C123*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.4 (weit.rezept.)*

[D186] **ITEM DE ILLIS QUI INFANTES OPPRIMVNT.**

**S**i quis infantem suum oppresserit. aut uestimenti pondere suffocauerit. et hoc post baptismum factum fuerit: XL diebus in pane et aqua peniteat. Et a coniuge se interim abstineat. Postea tribus annis per legitimas ferias peniteat. et III in anno XLmas. obseruet. Quod si ante baptismum oppressus fuerit infans: proximis XL diebus ut supra peniteat. Postea. uero. quidquennium {*sic*} expleat.

*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*

*Source* *BD 17.59; Coll.2L/8P (Assisi, Bibl.comunale, CL 227)*[22] *7.285.35 — R2L 2.60, abbrev.; CMNZ.852.9, abbrev.; cf. PBED.700.15.1 (as a later addition); PECU.700.6.20; PBOB.700.17; PBUR.700.19; PCOB.600.18; PFLO.700.18; PHUB.700.19, 50; PMEA.700.18; POX1.700.14; PPAS.700.11; PSAS.700.10; PSLE.700.18*

[D187] Ex concilio parisiensi. **DE PATRE ET MULIERE QUI FILIOS SUOS APUD SE MOTUOS** {**MORTUOS** *corr.*} **INUENIVNT**

**D**e infantibus autem qui inueniuntur mortui. cum patre et matre. et non apparet utrum a patre aut matre occisus sit ipse infans uel suffocatus: an propria morte sit defunctus: non debent inde securi. esse. nec sine penitencia ipsi parentes. Sed tamen consideratio in eis debet esse piesas. {pietas *corr.*} ubi non fuit uoluntas. sed euentus mortis causa fuit. tamen propter negligenciam. XL diebus peniteant. Si autem eos non lates {latet *corr.*} eorum. esse. interfectores: scire debent se grauiter deliquisse. quod in anchirano conprobatur concilio. **Q**uidam autem [h***] {[h***] *ras.*} trium annorum penitenciam horum iudicant. esse. debere. [f. 20v] quorum unum in pane et aqua exigant. atque ab omni luxuria. tempore penitencie sue se custodiant.

*Note: rubric and inscription identical to those for BD 17.59 and Coll.2L/8P, not R2L 2.61. This canon is therefore a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*

*Source* *BD 17.59; Coll.2L/8P (Assisi, Bibl.comunale, CL 227) 7.285.36 — R2L 2.61*

---

[22] According to Fowler-Magerl, *Clavis canonum*, 150–55, the *Collectio 2 librorum* in Vatican, Biblioteca Apostolica Vaticana, Lat. 3832 and the *Collectio 8 partium* in Assisi, Bibl.comunale, CL 227 represent one and the same collection, compiled in Italy *ca* 1100.

[D188] Ex penitentiali romano. **DE FEMINIS QUE ABORTIVUM FECERUNT.**
**S**i qua mulier abortiuum uoluntarie fecerit: tribus annis peniteat.
*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *BD 17.60; Coll.2L/8P (Assisi, Bibl.comunale, CL 227) 7.285.37; cf. Coll.quad. 4.106 — cf. PECU.700.6.21; PBOB.700.31; PBUR.700.35; PFLO.700.32; PMEA.700.33; PMEB.700.26; POX1.700.30; PPAS.700.11.27*

[D189] De eodem. **ITEM.**
**S**i qua excutiat conceptum suum antequam uiuificetur: anno I peniteat. Post conceptum autem spiritum. si excutiat: III annis peniteat.
*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *BD 19.5, 'in conc.Hilerd.' §4 (eds Fransen–Kölzer, fol. 199v; PL 140, col. 972D), adapted — R2L 1.304 (ed. Wasserschleben, 145), adapted; PECU.700.6.11, adapted*

[D190] **ITEM.**
**S**i qua neglexerit infantem suum custodire. ut per culpam suam sine baptismo moriatur: I anno uel III peniteat. et nunquam sit sine penitencia.
*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *BD 19.5, 'in conc.Hilerd.' §4 (eds Fransen–Kölzer, fol. 199v; PL 140, col. 973A), adapted — R2L 1.304 (ed. Wasserschleben, 145), adapted*

[D191] De eodem. **ITEM.**
**S**i qua interficiat filium suum. uel filiam suam uoluntarie. post. partum: annos XII peniteat.
*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source* *BD 19.5, 'in conc.Hilerd.' §4 (eds Fransen–Kölzer, fol. 199v; PL 140, cols 972D–973A), adapted — R2L 1.304 (ed. Wasserschleben, 145), adapted*

[D192] **DE ADULTERIS.**
**M**vlier habens filium {uirum *corr.*} si adulterium perpetrauerit. et occulte ad confessionem uenerit: VII annis peniteat. Tres in pane et aqua. Ceteros. IIII: in prouidentia sacerdotis. qualiter eam uiderit posse: ita ei ciborum abstinentiam imponat. Similiter et uir habens uxorem. si adulterium perpetrauerit. fiat. per triennium non communicet.
*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 162; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[viii])*
*C124*
*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.5 (weit.rezept.)*

[D193] **ITEM.**
**S**i cuius uxor adulterium perpetrauerit. et hoc a uiro deprehensum fuerit et puplicatum: {publicatum *corr.*} dimittat uxorem si uoluerit propter fornicationem. Illa. uero. secundum quod superius insertum est publice agat penitentiam. Vir uero eius illa uiuente nullatenus habebit licentiam aliam ducere uxorem. Quod si uoluerit adulteram sibi reconciliare. licentiam habeat: ita tamen ut cum illa pariter penitentiam agat. Exacta penitentia: ad communionis gratiam sicut

superius continetur insertum: uterque accedat. Similis forma et in muliere seruabitur. Si eam uir eius adulterauerit. habet potestatem dimittendi uirum propter fornicationem. maneat tamen innupta quandiu uir eius uixerit. quia nec illa habet potestatem aliam accipere illa uiuente. nec illa alium uirum ducere illo uiuente. habent tamen potestatem sibimetipsis reconciliari.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 162–63; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[ix])*

*C125*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 5.6 (weit.rezept.)*

[D194] **DE FURTO.**

**S**i quis furtum fecerit. VII annis peniteat. tres in pane et aqua secundum furti qualitatem. ita et modus erit penitentia. Qui periurauerit: similiter semper {VII *corr.*} annis peniteat.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 164; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[x])*

*C126*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 6.1–2 (weit.rezept.)*

[D195] **DE FALSO TESTIMONIO.**

**Q**vi falsum testimonium dixerit. et eius testimonium alicui nocuerit: VII annis peniteat. ita tamen ut ille qui falsum testimonium dixerit. dapnum {*sic*} restituat homini illi. cui per falsum testimonium nocuit. et tunc poterit ad ueram penitentiam uenire. Si hoc autem facere noluerit. si tamen postea: sciat se in uacuum penitenciam agere.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 164; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[xi])*

*C127*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 6.3 (weit.rezept.)*

[D196] **DE INCESTUOSIS.**

**D**e hiis qui irrationabiliter uersati sunt. uel uersantur. id est de hiis qui cum pecoribus co[f. 21r]itu mixti sunt. aut more pecorum incesta commiserunt. cum consanguineis. aut cum masculis concubuerunt. **Q**uotquot igitur ante uicesimum etatis sue annum tale crimen admiserunt: XV annis penitencia exacta: orationibus tantum incipiant participari. et quinquennium alterum in communione simplici perdurantes. post uicesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discuatur {Discuciatur *corr.*} autem et uita eorum. que fuerit tempore penitencie. et ita hanc humanitatem consequantur. Quod si qui perseuerantius abusi sunt hoc crimine: prolixius tempus habeant submixionis. {*sic*} **Q**votquot. uero. exacta XX annorum etate et uxores habentes in hoc crimen inciderint: XX annis penitencia exacta. ad communionem tantum post quinquennium. altero. uero. quinquennio perdurantes plenam cum oblatione recipiant communionem. Quod si et uxores habentes et excedentes. quidquagesimum {*sic*} etatis sue annum: ad exitum uite tantum communionem mereantur. **H**ii. uero. qui sicut muta uixerint animalia. et se et alios huiusmodi peccati tabe {*sic*} contaminauerunt: statutum est tempus penitentie. inter eos orare et stare debere qui tempestate iactantur. et spiritu inmundo uexantur. Hoc de hiis qui publice ad confessionem

uenerint: et publice ad {ad *expunct.*} penitentiam egerint. **Q**vod si occulte actum est. et occulte ad sacerdotem uenerint. et puram confessionem fecerint: occulte penitere debent. secundum etatis modum quod superius continetur. Ita uidelicet. ut si ante XX^mum etatis annum aliquis aut per ignorantiam hoc egit. aut forte ignorabat. tale crimen. esse: lenius. erga. illum agendum est. hoc in sacerdotis pendebit iuditio. {uel arbitrio *gl. sup. lin.*} qui diligenter discutere debet. qualiter in hoc scelus dilapsus sit. aut quam longo tempore in illo scelere uersatus est. et tunc. secundum. quod ab illo penitente confessum fuerit: ita illi modus penitencie adhibeatur. Videlicet quod si per ignorantiam hoc egit semel et bis. et statim ut connouerit graue esse scelus dimisit ut humanius loquamur. VII annis peniteat. tres abstineat a carne et uino. non communicet. non offerat. et omni lamento subiciat. **C**eteros IIII^or secundum modum fragilitatis. in arbitrio sacerdotis erit ciborum abstinentia. **Q**uod si longiori tempore.[23] in hoc crimine uersatus. est: et postquam nouit illud scelus magnum. esse. peccatum. et commonitus iterum atque iterum hoc perpetrauit: sicut superius continetur insertum: ita penitebit. **P**rimum. XV annos ab omni communione fidelium segregatus. per illos XV annos non offerat. non communicet ad orationem cum ceteris christianis. in ecclesia non stet. Quibus exactis: tantum ad communionem oratio[f. 21v]num suscipiatur. Ex quibus XV annis: V a carne et uino abstineat. Deinde postea. XX annis expletis. si bene et cum lacrimis et cum omni deuotione penitentiam egerit ad peenam {plenam *corr.*} communionem et reconciliationem suscipiatur. similiter et de ceteris temporibus supra insertis obseruandum est

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 164–68; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 15[xii])*

*C128*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 7.1–10 (weit.rezept.) — ‘de hiis qui ... communionem mereantur’: CANC.314.15/16 (Isidori antiq.), abbrev.; ‘qui sicut muta ... tempestate iactantur’: CANC.314.16/17 (Isidori antiq.), abbrev., adapted*

## [D197] **DE SACERDOTALI LAPSU.**

**S**i quis presbiter adulterium perpetrauerit. si depalatum et publice factum. ab ordine sacerdotii cessabit. et publica penitencia X annorum purgabitur. **Q**uod si occulte hoc fecerit et occulte ad confessionem uenerit: occulte ei penitentia inponatur. **Q**uod si ille se lacrimis et orationibus deuotissime cotidie lauerit. et elemosinarum largitione {uel exibitione *gl. sup. lin.*} peccata sua extinguere curauerit: si occultum est. poterit occulte in suo permanens gradu agere penitentiam. Similis forma et de diaconibus. et de his qui in sacris ordinibus constituti sunt: seruanda. est. Ita uidelicet. ut diaconus VII annis peniteat. subdiaconus V secundum prefixos gradus usque ad ultimum.

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 168–69; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 15[xiii])*

*C129*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 8.1–2 (weit.rezept.), abbrev.*

## [D198] **DE CARITATE FRATERNA.**

---

[23] tempore] trpore *with macron above first* r

**P**resbiteri inter se caritatem mutuam habentes. procul omni fastu superbie et inuidie mordatitate {*sic*} exemplum subditis donantes. non rapaces. non cupidi. non uinolenti. non procaces. non rixosi. non calumpniam cuiquam facientes. sed in omnibus semetipsos irreprehensibiliter custodientes: formam salutis plebibus monstrent. quatinus eorum exemplis et morum probitate ad eternam uitam proficiant.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 171; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[xiv])*

*C130*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 9.1 (weit.rezept.)*

## [D199] **DE SACERDOTALI AMMONITIONE.**

**S**acerdos cum a fidelibus confessionem accipit. inter cetera debet ammnere. {ammonere *corr.*} ut de VIII principalibus uitiis. confessionem faciant. et emendationem promittant. Ipsi. autem.[24] sacerdotes penitencie medicinam adibeant.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 172; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 15[xv])*

*C131*

*Source* *THEODVLF Cap.2, 10.1 (weit.rezept.)*

## [D200] **DE TEMPERANTIA PENITENTIE.**

**P**ro capitalibus criminibus id est sacrilegiis. homicidiis. adulteriis. et his similibus sancti patres constituerunt spatium penitencie secundum mensuram et secundum ordinem cuiusque peccati. Non enim {omnibus *add. sup. lin.*} in una libra pensandum est: licet uno constringantur uitio. sed sit temperata discretio inter hos et illos. ut superius insinuatur; Vulgo enim dictum est. Quanto ascensus altior: tanto casus grauior; Quanto autem quisque altioris ordinis fuerit tanto debet maioris. esse. continentie. Quapropter quia multa paucis uerbis explicare non possumus: saltim pronuntiamus. quia pro prescriptis criminibus. et eis similibus: Quidam constituerunt laico penitenciam IIII annorum. uel si seruus est. II annorum. Canonico V. Subdiaco {Subdiacono *corr.*} VI. Diacono VII. Presbitero X annorum. Episcopo XII. Pro peccatis itaque leuioribus: leuigandum iudicabant modum penitencie. Par[f. 22r]ricidis. uero. et aliis nefandis criminibus omnimodo artam constituerunt penitenciam.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 16a)*

*cf. C132; I165; O9; I166/O161; C109/D168*

*Source* *Coll.Wig.C 132, abbrev.*

*Source (*hos et illos ut superius insinuatur*)* *unidentified; probably ref. to Coll.Wig.D 168*

## [D201] **QUOD NULLI SIT ULTIMA PENITENCIA DENEGANDA.**

**V**era ad deum conuersio in ultimis positorum mente potius est estimanda quam tempore. prophete hoc taliter asserente. In quacumque die peccator conuersus fuerit. ingemueritque: saluus erit; {cf. Ez 33:12} Et evvangelicus sermo dicit. Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam

---

[24] autem] *not* ad *as in Brommer*

agente quam super nonaginta IX iustos: qui non indigent penitencia. {Lc 15:7; 15:10} Cum ergo dominus sit cordis inspector: {cf. Prv 24:12} quouis tempore non est deneganda penitencia postulanti. cum illi se obliget iudici. qui {*sic*} occulta omnia nouerit reuelari. Dominus enim per ezechielem prophetam cum iureiurando promisit dicens. Viuo ego. Nolo mortem peccatoris sed magis ut conuertatur et uiuat; {Ez 33:11} Item dicit. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis. et fecerit iuditium et iustitiam: uita uiuet et non morietur; {Ez 18:21} Heu quam terribiliter iterum dicit. Si auerterit se iustus a iusticia sua. et fecerit iniquitatem: omnes iusticie eius quas fecerat non recordabuntur. In peccato enim suo quod peccauit: in ipso morietur. {Ez 18:24} Unumquemque enim deus de suo fine. non de preterita uita iudicat. Non enim inchoantibus. premium promittitur. sed perseuerantibus. Nunc igitur simus melioris consilii nobismetipsis. attendentes illud propheticum ysaie. Lauamini. mundi estote. auferte maliciam de cordibus uestris. Quiescite agere peruerse. discite benefacere. {Is 1:16–17} **A**mbulemus igitur fratres dum lucem habemus: ne nos tenebre conprehendant. {cf. Io 12:35} nec differamus de die in diem: {cf. Sir 5:8} dum nescimus si uel unius diei spacium habemus. Qui sequitur me inquit dominus non ambulat in tenebris sed habebit lumen uite; {Io 8:12} Satis alienus a fide est qui ad agendam penitentiam. tempora senectutis exspectat. Metuendum est ne dum sperat misericordiam: incidat in mortem. **S**alomon enim dicit. Spes que disffertur. {*sic*} affligit animam; {Prv 13:12} Ysidorus dicit. Qui male agere non desistunt: uana spe indulgentiam de dei pietate requirunt. Corrigamus igitur nosmetipsos. et indulgentie spem habeamus. Nulla tam grauis est culpa que non habeat {habet *corr.*} ueniam. Qui enim ueniam de peccato dessperat: {*sic*} plus de desperatione quam de peccato cadit; Desperatio peior est omni peccato. Nulla itaque securitas nos a penitencie intencione suspendat. Multi enim se credebant longo tempore uiuere. et ita illos mors repentina subtraxit: ut nec ad momentaneam potuissent penitenciam peruenire. **E**rubescimus modo paruo tempore penitenciam agere. et non timemus sine ullo termino eterna supplicia sustinere? Qui enim pro peccatis sibiipsi non parcit: deus cito illi indulgentiam tribuit. cui. est. honor et gloria in secula.

*Note: all other versions of this text quote Is 1:16–18 (not just Is 1:16–17)*
*(catalog. Saver, 'Transmission', item 16b)*
*C133; I175/O16 — cf. O149, which combines 'ambulemus igitur ... spatium habemus' with additional material*

| | |
|---|---|
| *Source (*vera ... asserente*)* | *PHAL.800.3.2, first sentence; Coll.quad. 4.6, second sentence; PPTH.800.37.1 (ed. van Rhijn, 98, lines 5–7) — PCEL.422.369, c. 3 (ed. Coustant, col. 1068B)* |
| *Source (*in quacumque ... saluus erit*)* | *cf. Ez 33:12. Note: PHAL.800.3.2 and Coll.quad. 4.6 quote Is 30:15* |
| *Source (*gaudium est ... indigent penitencia*)* | *Lc 15:10, 15:7, conflated* |
| *Source (*cum ergo ... reuelari*)* | *PHAL.800.3.2, second sentence; Coll.quad. 4.6, last sentence; cf. PPTH.800.37.1 (ed. van Rhijn, 98–9, lines 8–9) — PCEL.422.369, c. 3 (ed. Coustant, col. 1068B)* |
| *Source (*uiuo ego ... et uiuat*)* | *Ez 33:11, abbrev.* |
| *Source (*si impius ... non morietur*)* | *Ez 18:21, abbrev.* |
| *Source (*heu quam terribiliter iterum dicit*)* | *unidentified* |
| *Source (*si auerterit ... ipso morietur*)* | *Ez 18:24, abbrev.* |
| *Source (*unumquemque ... uita iudicat*)* | *Defensor Lib.scintill. 22.14 — Isidore, Sententiae 2.14.6, second sentence* |

*Source (*non enim ... perseuerantibus*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 22.12 — ISIDORE, Sententiae 2.7.1, first part unidentified*
*Source (*nunc igitur ... nobismetipsis*)* *Is 1:16–17, abbrev.*
*Source (*lauamini ... benefacere*)* *cf. CAESARIVS, Sermo 197.4 (ed. Morin, 798, lines 19–20); also in O149*
*Source (*ambulemus ... conprehendant*)* *cf. CAESARIVS, Sermo 109.2 (ed. Morin, 452, lines 19–20); also in O149*
*Source (*nec differamus ... habemus*)* *Io 8:12*
*Source (*qui sequitur ... lumen uite*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 9.29–30 — unidentified (attr. to 'Gregorius' in Lib.scintill.)*
*Source (*satis alienus ... incidat in mortem*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 34.6*
*Source (*salomon ... animam*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 34.8 — ISIDORE, Sententiae 2.4.1 | first sentence*
*Source (*ysidorus ... requirunt*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 34.10, last sentence — ISIDORE, Syn. 1.54, partial, abbrev. | adapted*
*Source (*corrigamus ... ueniam*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 34.9 — ISIDORE, Syn. 1.53, last sentence, adapted*
*Source (*qui enim ... cadit*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 34.10 — ISIDORE, Syn. 1.54 | second sentence*
*Source (*desperatio ... omni peccato*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 34.11, first sentence — ISIDORE, Syn. 2.25, third sentence | adapted*
*Source (*nulla itaque ... suspendat*)* *DEFENSOR Lib.scintill. 9.75–6 — CAESARIVS, Sermo 64.1 + 64.4 (ed. Morin, 275, lines 14–18 + p. 277, lines 10–11)*
*Source (*multi enim ... indulgentiam tribuit*)* *a commonplace: see, e.g. CAAC.816.9 (ed. Werminghoff, 323, line 19)*
*Source (*cui est honor et gloria in secula*)*

[D202] **DE MILITIA SECULARI.**

**S**ciendum est quia penitentes ad militiam secularem post penitenciam redire non debent. Contrarium est om[f. 22v]nino ecclesiasticis regulis. post penitentie actionem redire ad militiam secularem. Et clericus non debet et armis uti. nec ad bellum procedere. quia docent ut quicumque clericus in bello aut in rixa mortuus fuerit: neque oblatione neque oratione postuletur pro eo. Sepultura tamen non priuetur. Et apostolus dicit. Nemo militans deo inplicat se secularibus negotiis. {2 Tim 2:4} Vnde non est liber a laqueis diaboli. qui se militie mundane uoluerit inplicare.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 17)*
*C194 — cf. A75 (C79, D84); B159 (I157, O139), which combines all but the first two sentences of this canon with the last sentence of C182; O30, which adapts this canon; B165 (I162, O–)*
*Source (*sciendum ... non debent*)* *PHAL.800.3.7; Coll.quad. 4.29; Coll.Dach. 1.5 | rubric*
*Source (from* contrarium est*, excepting* et clericus ... non priuetur*)*
*PHAL.800.3.7; Coll.quad. 4.29; Coll.Dach. 1.5 — DLEO.440.544, c. 12 (PL 54, cols 1206C–1207A)*
*Source (*et clericus ... non priuetur*)* *Coll.Wig.A 75 — ÆLFRIC Ep.2.178 (ed. Fehr, 55), adapted*

[D203] **SERMO DE CONIUGIO.**

**L**egitimum coniugium nemo disiungere presumat. quia cum iudei dominum interrogarent. Si licet homini dimittere uxorem suam: {Mt 19:3} ille respondit. Non licet hominem uxorem suam dimittere. Et qui dimiserit uxorem suam. nisi propter fornicationem et aliam duxerit: mechatur. et qui dimissam duxerit: adulterium facit. {Mt 19:9} Uidete. ergo. quam graue peccatum sit adulterium. quia scriptum est neque adhulteri regnum dei possidebunt. {1 Cor 9:9–10} Illa ergo cessauit esse uxor: que fidem castitatis seruare {uel tenere *gl. sup. lin.*} noluit. Et iterum scriptum

est. qui tenet adulteram stultus et impius est. {Prv 18:22} Aliter enim nullo modo dimittenda est. Et apostolus dicit. Precipio non ego sed dominus. uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit: manere {*sic*} innupta: aut sibimet reconciliari. {uel -etur *(i.e.* reconcilietur*) gl. sup. lin.*} {1 Cor 7:10–11} Et iterum. Alligatus es uxori. noli querere solutionem. Solutus es ab uxore: noli querere uxorem. {1 Cor 7:27} Ubicumque igitur coniugium sociatum fuerit: preter causam fornicationis nullo modo separetur. Quod si sterilis est si deformis. si etate uetula. si fetida. si temulenta. uel ebriosa. si iracunda. Si malis moribus. si fatua. si gulosa. si iurgatrix. si maledica: uelis nolis qualiscumque fuerit tenenda est: et nullo modo dimittenda. nisi sicut diximus propter fornicationem. Aut recte si uoluntas amborum fuerit: propter regnum celorum. Quod et si ita fuerit: permaneant in castitate.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 18a)*

*C143 — cf. B130 (I129, O111), which draws independently on Pirmin's Scarapsus 16*

*Note: this text is part of a longer sermon titled 'Sermo ad coniugatos et filios' in MS **H**, fols 47v–48v (ed. T. Hall, 'Wulfstan's Latin sermons', no. 9, relevant part at p. 124, lines 2–19), bearing corrections in Wulfstan's hand.*

| | |
|---|---|
| *Source (*legitimum ... adulterium facit*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 50–2, lines 5–21), abbrev., adapted* |
| *Source (*uidete ergo ... seruare noluit*)* | *unidentified* |
| *Source (*et iterum scriptum ... et impius*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 53, lines 25–6)* |
| *Source (*aliter enim ... dimittenda est*)* | *unidentified* |
| *Source (*et apostolus ... non discedere*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 52–3, lines 22–3)* |
| *Source (*quod si discesserit ... reconciliari*)* | *unidentified* |
| *Source (*et iterum alligatus ... querere uxorem*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 53, lines 23–5)* |
| *Source (*ubicumque ... modo dimittenda*)* | *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 53–4, lines 26–31), adapted* |
| *Source (*nisi sicut ... in castitate*)* | *unidentified* |

## [D204] **SERMO SANCTI PAULI APOSTOLI.**

**P**aulus apostolus dicit. fugite fornicationem fratres. {1 Cor 6:18} Empti enim estis precio magno glorificate et portate dominum in corpore uestro. Bonum est homini mulierem non tangere. {1 Cor 6:20–7:1} Propter incontinentiam tamen: uir suam uxorem habeat. et mulier suum habeat uirum. {cf. 1 Cor 7:2} Uxori uir debitum reddat. Similiter autem et uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet: sed uir. Similiter et uir sui corporis potestatem non habet. sed mulier. Nolite fraudare inuicem. nisi forte ex consensu: {ad tempus: *add. sup. lin.*} ut uacetis orationi. Et iterum reuertimini in idipsum ne temptet uos sathanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico fratres secundum indulgentiam. non secundum imperium. Volo autem omnes homines. esse. sicut meipsum. Sed unusquisque proprium habet donum a deo. alius quidem sic: alius uero: sic. {1 Cor 7:3–7} His uero qui matri[p. 64]monio iuncti sunt precipio non ego sed dominus. uxorem a ui[n]o {uiro *corr.*} non discedere. Quod si discesserit: ma[f. 23r]nere innuptam aut uiro suo reconciliari. Et uir similiter uxorem suam non dimittat. Si quis uxorem habet infidelem. et {hec *add. sup. lin.*} consentit habitare cum illo: non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem. et hic consentit habitare cum illa: non dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir infidelis: in muliere fideli. et sanctificata est mulier infidelis: per uirum. fidelem. {1 Cor 7:10–14} Alligatus es uxori. noli querere solutionem. Solutus. es. ab uxore: noli querere

uxorem. Si autem acceperis uxorem: non peccasti. et si nupserit uirgo: non peccabit. {1 Cor 7:27–8} Qui igitur matrimonio iungit uirginem suam: bene facit. Qui autem non iungit: melius facit. Mulier alligata est legi: quanto tempore uiuit uir eius. Quod si dormierit uir eius: liberata est. cui uult nubat. tantum in domino. Beatior tamen erit si sic permanserit. secundum consilium meum. Puto enim quod et ego spiritum dei habeo. {1 Cor 7:38–40}

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 18b)*

*C144; 'mulier sui corporis ... non habet sed mulier': B126 (I125, O107); 'mulier alligata est ... si sic permanserit': B128 (I127, O109) — cf. B125 (I124, O106)*

Source *1 Cor 6:18–7:40, abbrev., adapted*

[D205] **SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.**

**A**vdite karissime. membra. christi. et matris catholice ecclesie filii. Sufficiant uobis uxores. Fornicari autem uobis non liceat. Concubinas igitur uobis non licet habere. et si non habetis uxores. Audiat deus si uos surdi estis. Audiant angeli eius si uos contempnitis: concubinas uobis non licet habere. Et si non habeatis uxores: non licet uobis habere concubinas: quas postea dimittatis.[25] et alias dimittatis {dvcatis *corr.*} uxores. Quanto magis dampnatio uobis erit. si uolueritis habere et concubinas et uxores? Non licet uobis habere uxores quarum priores mariti uiuunt. nec uobis femine habere uiros: quorum priores uxores uiuunt. Adulteria siue ista coniugia non iure dei fore. sed iure seculi. nec illam feminam que per repudium discessit a marito solius fornicationis causa. licet uxorem adulteram ducere. Et uos femine nec ullos uiros a quibus per repudium discesserant uxores eorum: maritos habere licebit. Adulteria sunt: non coniugia. Contempnitur episcopus. non timetur christus. Nolite imitari turbam malorum fidelium filii mei. nolite imitari uias latas: quarum finis ad interitum ducit.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 18c)*

*C145*

Source *Coll.vet.Gall. 49.3 (Stuttgart HB VI 112 only)*[26] *— AVG. Sermo 392 (PL 39, col 1710) | abbrev.*

[D206] **QUALITER CONIUGATUS CONUERTI DEBEAT AD MONASTERIUM.**

**S**i quis uult coniugatus conuerti ad monasterium: non est recipiendus nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si illo uiuente. per incontentiam {incontinentiam *corr.*} alteri nupserit: proculdubio adultera erit. nec recipitur apud deum eiusmodi uiri conuersio: cuius sequitur coniugalis federis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa sequuntur. christum. relicto seculo: si habeant ex pari uoluntate castitatis consensum.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 19a)*

*C146 — cf. B129 (I128, O110), which combines the first part of this canon with A93 and C142/D118*

Source *Coll.quad. 4.78 — BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 189, Isidore's Rule),*[27] *partial*

---

[25] dimittatis] *corr. from* dimittetis *?*

[26] This witness of *Coll.vet.Gall.* also shares unique readings with *Coll.Wig.A* 22.

[D207] **DE INCESTIS CONIUNCTIONIBUS.**
**N**emo incestis coniunctionibus se inquinet. quia in leuitico scriptum est. Omnis homo ad proximam sanguinis sui. non accedat. {Lv 18:6} [f. 23v]
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 19b)*
*C148 — cf. B137 (I136, O118), which combines this canon with material (including the same scriptural quotation) from PPTH.800*
*Source* *PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 54, lines 31–4), abbrev., adapted*

[D208] **ITEM DE INCESTIS CONIUNCTIONIBUS.**
**M**vlier si duobus fratribus nupserit. obici eam debere usque ad diem mortis. sed propter humanitatem in extremis suis sacramento reconciliari oportet. Ita tamen ut si forte sanitatem recuperauerat: {recuperaverit *corr.*} matrimonio soluto ad penitenciam admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier. huiusmodi consortio constituta: difficilis erit penitencia remanenti. Quam sententiam tam uiri quam femine tenere debebunt.
*Note: this canon possibly a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 19c)*
*C149*
*Source* *Coll.Quesn. c. **IV** (PL 56, col. 444A);*[28] *PPTH.800.14.14 — CNEO.315.2 (Isidori vulg.)*

[D209] **ITEM DE INCESTIS CONIUNCTIONIBUS.**
**S**i quis sponsam habens. sorori eius forsitan intulerit uiolenciam: ei {eique *corr.*} inheserit tanquam sue. hac. autem deserta: postea uxorem duxerit desponsatam. Illa uero que uitium passa. est. si forte necesse {*sic*} sibi intulerit. Omnes hii qui facti huius conscii sunt: X annos in penitenciam redigantur. secundum canones constitutos;
*Note: this canon possibly a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 19d)*
*C150*
*Source* *Coll.Quesn. c. **III** (PL 56, col. 442A–B);*[29] *cf. PPTH.800.14.13, PCAN.800.23.15, PHAL.800.6.20, and PMEA.700.45, which quote the Dion. translation of this canon — CANC.314.24/25 (Isidori vulg.)*

[D210] **ITEM DE EADEM RE.**
**S**i quis fornicationem cum propinqua perpetrauerit. aut forte cum illa quam antea cognatus habuit: primitus anathematizetur. Deinde peniteat VII uel X uel XIIII annis. [f. 24r]

---

[27] The relevant part of Isidore, *Regula*, 4 is not printed by Campos, who believed it to be an interpolation; Reglas monásticas, eds. Campos–Roca, 96, n. to line 100.

[28] *Coll.Wig.C* 149/*D* 208 has six readings ('obici eam', 'sacramento', 'reconciliari', 'mulier huiusmodi', 'sententiam', 'uiri',) that are collectively unique to *Coll.Quesn.*'s version of CNEO.315.2.

[29] *Coll.Wig.C* 150/*D* 209 has three readings ('uiolenciam', 'deserta', 'facti huius') that are collectively unique to *Coll.Quesn.*'s version of CANC.314.24/25.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 19e)*
*C151 — cf. C199, which lacks 'uel X uel XIIII annis'*
*Source* *PPTH.800.12.10 (ed. van Rhijn, 22, lines 62–9), abbrev., adapted*

[D211] *(fol. 24r): arbor consanguinitatis ('scemata dicuntur ramusculi quos aduocati faciunt in genere ... et ceteri quorum figure hee sunt'; 'auctor mei generis mihi pater est ... propinquitas esse desinit'; 'haec consanguinas [*sic*] dum se ... tot gradibus terminaretvr')*
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 20a)*
*cf. B149 (I147, O128), which combines the first and second parts of this text with material from DGRE.590.†1334; second part: O129 (in the company of an arbor sanguinitatis)*
*Source (diagram)* *cf. ISIDORE, Etym. 9.6.28 stemma 2*
*Source (*scemata dicuntur ... hee sunt*)* *ISIDORE, Etym. 9.6.28*
*Source (*auctor mei generis ... esse desinit*)* *cf. ISIDORE, Etym. 9.6.23*
*Source (*haec consanguinas ... terminaretvr*)* *ISIDORE, Etym. 9.6.29*

[D212] **DE GRADIBVS PROPINQVITATIS.**
**P**rimo gradu continentur. pater et mater. he. persone. sequentibus quoque gradibus pro substantia earum. ipso ordine duplicantur. Duo aui paternus et maternus. aui patruus. id est patris frater et soror. Pater. amita. auunculus. et matertera: matris frater et soror. **II. A**uus enim et auia: tam ex patre quam ex matre. Nepos neptis: tam ex filio: quam ex filia. Frater. soror. tam ex patre. quam ex matre accipiuntur. **III. T**ercio gradu ueniunt proauus. proauia. **I**nfra: pronepos. proneptis. Ex obliquo: fratris sororisque [f. 24v] filius filia. **IIII. Q**uarto gradu ueniunt. supra abauus. abauia. Infra: abnepos abneptis. patruelis soror. patruelis: id est patrui filius filia. Consobrinus et consobrina. id est auunculi et matertere filius et filia. Itemque consobrini qui ex duabus sororibus nascuntur. quibus adcrescit patruus magnus. amita magna. id est aui paterni frater et soror. et materni frater et soror. **V. Q**uinto gradu ueniunt supra adauus adauia. Infra. adnepos. adneptis. ex obliquo: fratris et sororis: pronepos proneptis. Fratres patruelis. amitini. amitine. consobrinus. Consobrine filius filia. Proprius sobrinus. sobrina. id est patrui magni. amite magne. auunculi magni.[30] matertere magne. filius et filia. Hiis adcrescunt propatruus proamita. Hii sunt patrui materne {materni *corr.*} frater et soror. proauunculus promatertera. hii sunt proaui. et paterni et materni. frater et soror. proauique materni. **VI. S**exto gradu ueniunt. supra tritauus. tritauia. Infra: trinepos. trineptis. Ex obliquo fratres sorores. abnepos abneptis. fratres patrueles. Sorores patrueles. amitini. amitine. Consobrini. consobrine. Patrui magni. amite magne. Auunculi magni. matertere magne. Nepos neptis. proprii sobrini. filius. filia: qui consobrini appellantur. Quibus ex latere succrescunt pro amite. patrui. proauunculi. promatertere. filius. filia. ab patruus. ab amita. hii sunt abaui paterni. frater et soror. abauunculus. abmatertera. hii sunt abaui. ac paterne materneque frater et soror. abauique materni. Hec quoque explanari amplius non. potest: quam auctor ipse asseruit. **VII. S**eptimo gradu: qui sunt cognati. reg[ul]a {recta *corr.*} linea. supra infraque propriis nominibus non appellantur. sed ex transuersa linea continentur. fratres sorore sue. abnepos. abneptis. consobrini. filieque successiones. **I**n his VII gradibus omnia

[30] magni] magni, *with macron over* a, *as if* mangni

propinquitatum nomina continentur. ultra quos nec affinitas inueniri: nec successio amplius propagari. potest.

*Note: chapter numbers have been added in the margin, not the text*
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 20b)*
*C152*
*Source* *ALARIC Breviarium, Pauli sententiae 4.10.1–8 (ed. Hänel, 408), abbrev., first two paragraphs adapted*

[D213] **GREGORIUS AD INTERROGATIONES AUGUSTINI ITA RESPONDIT.**
**Q**vedam terrena lex in romana republica permittit. ut siue frater et soror. seu duorum fratrum germanorum. uel duarum sororum filius et filia: misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex moysaica prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est. ut iam tercia uel quarta generatio fidelium. licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam prediximus: a se omnino abstinere debet.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 21a)*
*C153*
*Source* *JOHN DIAC. Vita Gregorii 2.37 (PL 75, col. 101B–C), partial; cf. BEDE HE 1.27 (ed. Plummer, 50–1) — DGRE.590.1843, c. 5 (eds Ewald–Hartmann, 335, lines 7–12)*

[D214] **ITEM DE RATIONABILI CAUSA.** [f. 25r]
**V**erum post multum temporis. a felice mesane sicilie presule requisitus gregorius. utrum augustino scripsisset. ut anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur: humillimus pater inter cetera talem reddidit rationem. Quod scripsi augustino anglorum gentis episcopo. nostro alumpno uidelicet. ut recordatus estimo. de sanguinis coniunctione. ipsi et anglorum genti que nuper ad fidem uenerat. ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet: spetialiter et non generaliter certissime scripsisse cognoscas. Vnde et mihi omnis romana[31] testis existit. Nec {*sic*} ea intentione. hec illis. scriptis mandaui. unde postquam firma radice in fide fuerint solidati: si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint. non separentur: aut infra affinitatis lineam. id est usque ad VII^mam generationem iungantur. Sed adhuc illos neophitos existentes. sepissime eos prius illicita docere. et uerbis ac exemplis instruere. et que post de talibus egerint: rationabiliter ac fideliter excludere oportet. Nam iuxta apostolum qui ait. lac uobis potum dedi non escam: {1 Cor 3:2} Ista illis modo non posteris. ut prefixum est temporibus tenenda indulsimus. ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat: exureretur. sed aliquantulum firmaretur. et usque ad perfectionem firmaretur. {custodiretur *corr.*} Hec ergo idcirco prestrinda {*sic*} curaui: ut {hi *add. sup. lin.*} qui dispensationis illicita matrimonia contrahunt. eruditissimum papam gregorium. non regulariter quarte generationis copulam censuisse. immo ueniabiliter {*sic*} simulque temporaliter permisisse connoscant.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 21b)*
*C154*

[31] romana] *a short lacuna follows this word*

*Source* *JOHN DIAC. Vita Gregorii 2.38 (PL 75, cols 101C–102A) — cf. DGRE.590.†1334 (PL 77, cols 1323C–1324B), also in PS.-ISIDORE, Decretales (ed. Hinschius, 749) and in Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 3182 (Collectio Fiscani), pp. 340b–43a (but approx. 2 folios containing the relevant part of this letter are now missing)*

[D215] **INCIPIUNT CAPITULA PAUCA CUIUSDAM SAPIENTIS.**
**D**e prima predicatione sacerdotum.
**Q**vomodo ecclesie construantur per sacerdotes.[32]
**D**e indumentis sacerdotum.
**D**e eucharistia.
**D**e moribus sacerdotum.
**D**e doctrina sacerdotu {*sic*}
**Q**uod non debeant sacerdotes pecuniam dare pro ecclesia.
**Q**uomodo debeant sacerdotes baptizare siue mortuos sepelire. seu penitenciam dare.[33]
**Q**uod non debeant sacerdotes inebriari. nec uillici fieri.
**D**e decimis
De dominis et seruis. et quod non debeant sacerdotes personam ullius accipere in iuditio.
*Note: the order of titles as given in D215 does not match exactly the sequence of canons in D216–25: one title matches a canon that has a different rubric ('qvomodo ecclesie construantur per sacerdotes'), one title ('quomodo debeant sacerdotes baptizare ... dare') has no corresponding canon, and two titles are out of order ('quod non debeant sacerdotes inebriari ... fieri' and 'de decimis').*
*(catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 22[i])*
*cf. C241*

[D216] **DE PRIMA PREDICATIONE SACERDOTVM.**
**P**rimo omnium credendum est atque omnibus generaliter predicandum: patrem et filium. et spiritum sanctum. unum. esse. deum omnipotentem. eternum. inuisibilem. qui creauit celum et terram. mare. et omnia que in eis sunt. et unam esse deitatem. et sub[f. 25v]stantiam. et maiestatem. in tribus personis patris et filii et spiritus sancti. Itemque quoniam filius dei. incarnatus est de spiritu sancto. et maria semper uirgine. {natus *add. sup. lin.*} pro salute et reparatione humani generis. homo factus. passus. sepultus. et tercia die resurrexit. et ascendit ad celos. sedetque ad dexteram patris omnipotentis. et quia uenturus sit iudicare omnes homines. secundum. merita propria. et quoniam omnes mortui in uera carne resurgent. Impii propter scelera sua cum diabolo in ignem mittendi eternum. Iusti uero cum christo et sanctis angelis suis: in uitam consotiandi {*sic*} eternam.

---

[32] The rubric for the matching canon, D217, is *Qualem honorem sacerdotes prerare [sic] debeant ecclesiis dei*. This inconsistency proably arose due to the fact that D217 combines two separate canons (C243–244, on the dignity due churches, and on the building and upkeep of churches).

[33] This title, though possibly referring to the second half of D222, does not have a corresponding canon within the sequence D216–25; but cf. C256.

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 234–35; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 22[ii])*
*C242*
*Source* *RADVLF Cap. 1 — ANSEGIS Coll.cap. 1.76, partial, adapted*

[D217] **QUALEM HONOREM SACERDOTES PRERARE** {*sic*} **DEBEANT ECCLESIIS DEI.**
Placuit nobis ammonere fratres et consacerdotes nostros. ut ecclesiæ dei per illorum parochias suum habeant honorem. et altaria secundum suam dignitatem uenerentur. et exornentur. domusque dei et altaria sacrata non sint canibus et porcis: peruie. et ut secularia negotia uel uaniloquia in ecclesiis non agantur. quia domus dei. domus orationis debet. esse: non spelunca latronum. {cf. Mt 21:13} **M**onemus etiam ut predictas ecclesias bene construant. et emendent. iuxta rerum possibilitatem. et luminaria tribuant. sicut decet. ut in omnibus honorificetur deus. et ecclesia sancta. christi. sanguine mercata: ueneretur. magnificetur. atque exaltetur.
*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 235; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 22[iii])*
*C243–44*
*Source (*placuit nobis ... latronum*)* *RADVLF Cap. 2 (ed. Brommer, 235, lines 8–12) — ANSEGIS Coll.cap. 1.67, abbrev., adapted*
*Source (*monemus ... exaltetur*)* *RADVLF Cap. 2 (ed. Brommer, 235, lines 21–4)*

[D218] **DE INDUMENTIS SACERDOTUM.**
**S**tatuimus quoque ut cum summo studio. lintheamina nitida altaribus preparentur. et sacerdotalia indumenta cum quibus sacrificatur: optima pro uiribus et munda habere satagant. et siue noua siue uetustate confecta: ad alios usus transire nequaquam sinant.
*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 237; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 22[iv])*
*C246*
*Source* *RADVLF Cap. 5 (ed. Brommer, 237, lines 19–22) — cf. ANSEGIS Coll.cap. 1.146*

[D219] **DE EUCHARISTIA.**
**V**t presbiteri semper habeant paratam eucharistiam. ut quando quique infirmauerint: statim eos communicent. ne sine communione moriantur. et ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur: qui digni sunt. et cum honore seruentur. Ab omnibus autem cauendum summopere monemus: ut non diutius seruentur. ne putrida forte et inhonesta appareant. sed tandiu in uase mundissimo custodiantur: usque dum alia dicata succedant.
*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 238; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 22[v])*
*C247*
*Source* *RADVLF Cap. 6, abbrev. — ‘vt presbiteri ... communione moriantur’: ANSEGIS Coll.cap. 1.155, abbrev., adapted; ‘et ut sacrificia ... honore seruentur’: ANSEGIS Coll.cap. 1.67, partial*

[D220] **DE MORIBUS SACERDOTUM.**

**D**ebet itaque christi. sacerdos compositis moribus. uultu hylari. sermone proficuo. exemplo salubri. animo placido. sine dolo et simulatione. atque in {in *expunct.*} omnibus in commune uirtutibus clarere. quatinus sibi commissos. non liuoris atque amaritudinis zelo pertrahat ad ruinam: sed caritatis atque dulcedinis prouidentia prouocet ad salutem.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 238–39; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 22[vi])*

*C248*

*Source* *RADVLF Cap. 7 (ed. Brommer, p. 238 line 22–p. 239 line 4)*

[D221] **DE DOCTRINA SACERDOTUM.**

**U**t presbiteri qui sibi et ceteris prodesse debent. summopere studeant. ut doctrinam rectam teneant. et baptisma [f. 26r] catholicum obseruent. et missarum preces bene intelligant. et horas canonicas diurnas uel nocturnas custodiant. Et. psalmi digne secundum diuisiones uersuum: modulentur. et dominicam. orationem et simbolum atque expositionem ipsi noscant. et omnibus predicent intelligendam: ut unusquisque sciat quid a deo petat. quatinus eorum doctrinis et exemplis multi protrahantur ad seruitium dei. sicut ipse dominus in evvangelio precepit. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in celis est. {Mt 5:16}

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 239; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 22[vii])*

*C249*

*Source* *RADVLF Cap. 8 — 'ut doctrinam rectam ... deo petat': ANSEGIS Coll.cap. 1.66, partial, adapted; 'multi protrahantur ... celis est': ANSEGIS Coll.cap. 1.68, partial, adapted*

[D222] **QUOD NON DEBEANT SACERDOTES PECUNIAM DARE PRO ECCLESIA.**

**S**tatuimus quoque ut nullus sacerdos pro accepta ecclesia. munera dare presumat. et hoc iuxta canonum decreta. seu gloriosissimorum regum. karoli. scilicet. ac ludouici decernimus: ut unusquisque res qua {*sic*} post diem consecrationis adquisierit: ad propriam relinquat ecclesiam. **A**vdiuimus quosdam sacerdotes maligno instinctu agitatos. pro baptismatis gratia siue pro sepulture loco precia iniusta a nonnullis accepisse. quod nefandissimum facinus. in cunctis maiorum institutis nouimus prohibitum. Gratis enim datur. et gratis dare iubetur. {Mt 10:8} Et ideo nichil deinceps quilibet sacerdotum pro baptizandis siue sepeliendis hominibus precii exigere presumat. Si quis uero sacerdotum hec prohibita deprehensus fuerit admisisse: uel commissa potius spontanea uoluntate cicius non correxerit: proprii honoris inrecuperabiliter periculo subiacepit. {subiacebit *corr.*}

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 246–47; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 22[viii])*

*first part: C253 — second part: cf. C254*

*Source (*statuimus ... relinquat ecclesiam*)* *RADVLF Cap. 17 (ed. Brommer, 246, lines 4–8) — 'ut unusquisque res ... relinquat ecclesiam': ANSEGIS Coll.cap. 1.150*

*Source (*avdiuimus ... subiacebit*)* *Coll.Wig.C 254, abbrev. — 'avdiuimus ... exigere presumat': RADVLF Cap. 18 (ed. Brommer, 246, lines 12–16); 'si quis uero ... subiacebit': RADVLF Cap. 18 (ed. Brommer, 247, lines 12–14)*

[D223] **DE DECIMIS.**

**D**ecimas de omnibus rebus. iuxta modum a beatis patribus constitutum. a cuncto populo cum omni deuotione. dei ecclesiis reddendas. esse. monemus. Vt sacerdotes qui per sacras eorum orationes et oblationes. pro pace. pro tocius populi christiani salute. pro frugibus terre. pro infirmis quoque et defunctis. omnipotentis dei misericordiam inplorant: uictum et uestimentum et cetera que eis necessaria sunt. habeant. et ut hospitibus et peregrinis. orphanis. et uiduis. debilibus et egrotis: solatium prebere ualeant. Sunt preterea quidam qui decimas suas dare ad ecclesias suas necgligunt. {*sic*} ubi et ipsi et eorum serui missas audiunt. Proinde decreuimus ut omnes ibi decimas dent. ubi eorum infantes baptizantur. et ubi missas audiunt. et ubi res ipse conuenire uidentur. iuxta proprii episcopi decretum. Presbiteri uero ab his qui decimas non dant: uadios nunquam accipiant. sed qui post crebras ammonitiones et predicationes eas dare neglexerint: excommunicentur. iuramento autem propter periculum periurii: constringi eos nolumus.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 249–50; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 22[ix])*

*C257*

*Source* — *RADVLF Cap. 21 — 'sunt preterea ... ubi missas audiunt': CCLN.813.19, abbrev., adapted; 'ab his qui decimas ... eos nolumus': CCLN.813.18, abbrev., adapted*

[D224] **QUOD NON DEBEANT SACERDOTES INEBRIARI NEQUE UILLICI FIERI.**

**O**bseruandum est sacerdotibus ut se ab ebrietate abstineant. quoniam. secundum. scripturam ebrietas nullum uitium excusat. et apostolus commo[f. 26v]net dicens. **N**olite inebriari uino in quo est luxuria. {Eph 5:18} et neque per tabernas aut bibendo aut commedendo. neque domos aut uillas curiositate qualibet peragrent. {neque cum feminis *add. sup. lin.*} aut cum inpuris personis conuiuia exerceant. neque ad secularem {*sic*} iudicium pergant. nisi forte ut pauperibus succurrant. aut de uerbo dei iudices ammoneant: ut iusta iuditia iudicent. Si uero eorum propria causa agenda. est: cum licentia episcopi et cum uocato {aduocato *corr.*} pergant. **P**rohibemus autem omnimodis. ut presbiteri. uillici et conductores seniorum non fiant. nec fideiussores existant. Vana spectacula. mortiferas huius seculi pompas. obscena iocorum uerba. risus inutiles. uenationem cum auibus uel canibus. munera iniusta et si qua sunt similia: monemus ut refugiant. Quoniam. secundum. apostolum. nemo militans deo implicat se negotiis secularibus ut ei placeat cui se probauit. {2 Tim 2:4}

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 247–48; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, 'Transmission', item 22[x])*

*cf. C255*

*Source* — *Coll.Wig.C 255 — 'obseruandum est ... conuiuia exerceant': RADVLF Cap. 19 (ed. Brommer, 247, lines 17–21); ultimately THEODVLF Cap.I, 13, partial, abbrev., adapted; 'neque ad secularem ... se probauit': RADVLF Cap. 19 (ed. Brommer, 248, lines 1–13), abbrev. Note: 'neque commesationibus ... nullatenus uadant' probably omitted in D224 through homoioteleuton.*

[D225] **DE DOMINIS ET SERUIS. ET QUOD NON DEBEANT SACERDOTES. PERSONAM. ULLIUS ACCIPERE IN IUDICIO.**

**A**mmonendi sunt. etiam. domini subditorum. ut circa subiectos pie et misericorditer agant. nec eos qualibet iniusta occasione condepnent. {*sic*} nec ui opprimant. nec illorum substantiolas iniuste tollant. nec ipsa debita que a subditis reddenda sunt: impie ac crudeliter exigant. Quia ergo {constat *add. sup. lin.*} in ecclesia diuersarum conditionum homines. esse. ut sunt nobiles et ignobiles. serui. coloni. inquilini. et ceteros huiusmodi: oportet ut quicumque eis prelati sunt. clerici siue laici. clementer. erga. eos agant. et misericorditer contractent. siue in exigendis ab eis operibus. siue in accipiendis tributis. uel debitis. Sciantque eos fratres suos. esse. et unum patrem se habere deum. cui clamant. pater noster. qui es in celis. et unam matrem sanctam ecclesiam que eos intemerato sacri fontis utero regenerauit.[34] Disciplina. ergo. {igitur *corr.*} eis misericordissima et gubernatio oportuna adibenda est. Disciplina: ne indisciplinate uiuendo auctorem suum offendant. Gubernatio: ne in cotidianis uite commeatibus prelatorum adminiculo. destituti fatescant. Quia igitur apostolo attestante. non est personarum acceptio apud deum: {Rm 2:11} et in omnibus iudiciis cauendum est: multo magis in penitentie iuditio. precaueri debet. ut nullus sacerdotum unquam aut gratia aut odio alicuius. persone. secus iudicet quam quod in canonibus sacris inuenerit. aut quod illi. secundum. sanctarum scripturarum auctoritatem et ecclesiasticam consuetudinem: rectius uisum fuerit. **C**anones autem regulas dicimus quas sancti patres constituerunt. in quibus scriptum est quomodo canoni[35] {*sic*} id est regulares clerici uiuere debent. Item. {non tam *add. sup. lin.*} pensanda est penitencia quantitate temporis: quam ardore mentis. et mortificatione corporis. **C**or autem contritum et humiliatum: deus non spernit. {Ps 50:19} [f. 27r]

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 251–52; catalog. HAGGENMÜLLER, Die Überlieferung, 162; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 22[xi])*

*cf. C258; ‘canones autem regulas ... uiuere debent’: B pref. (I2, O–), which draws afresh on the same source*

| | |
|---|---|
| *Source (*ammonendi ... destituti fatescant*)* | *Coll.Wig.C 258 — RADVLF Cap. 23 (ed. Brommer, p. 251 line 16–p. 252 line 6); ‘ammonendi sunt ... crudeliter exigant’: ANSEGIS* Coll.cap. *2.42; ‘quia ergo constat ... destituti fatescant’: ANSEGIS* Coll.cap. *2.39* |
| *Source (*quia igitur ... rectius uisum fuerit*)* | *Coll.Wig.C 258 — RADVLF Cap. 24 (ed. Brommer, 252, lines 9–14); ultimately CCLN.813.34 (ed. Werminghoff, 280, lines 11–15). Note: ‘in canonibus sacris inuenerit aut quod’ probably omitted in C258 through homoioteleuton.* |
| *Source (*canones autem ... uiuere debent*)* | *ÆLFRIC Ep.2.84 (ed. Fehr, 45); cf. Coll.Wig.B pref. (I2, O–)* |
| *Source (*item non tam ... non spernit*)* | *Coll.Wig.C 258 — RADVLF Cap. 24 (ed. Brommer, 252, lines 17–19); ultimately CCLN.813.34 (ed. Werminghoff, 280, lines 19–21)* |

[D226] **INCIPIUNT EXCEPTIONES** {*sic*} **QUEDAM DE CAPITULIS THEODULFI. AURELIANENSIS EPISCOPI. IN NOMINE DEI SUMMI SACERDOTIBUS CUNCTIS: SALUTEM.**

---

[34] regenerauit] regnau *with macrons over* n *and* u

[35] canoni] *not* canonici *as in Brommer*

**O**bsecro uos fratres dilectissimi. ut. erga. subditarum plebium profectum et emendationem: uigilantissima cura laboretis. quatinus uiam salutis illis ostendentes. et eos uerbis et exemplis instruentes: et uos de eorum profectu. et nos de uestro: domino nostro iesu. christo. opitulante. fructuosos illi manipulos reportemus. **O**bsecro. etiam. fraternitatem uestram. ut hec capitula. que ad emendationem uite breuiter digessi: assidue legatis. memorie commendetis. et eorum siue aliarum sanctarum scripturarum lectione. mores conponatis. uitam emendetis. ut cum subditis plebibus ad celestia regna pergere peruenire ualeatis.

*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 103; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[i])*
*C261*
*Source* *THEODVLF Cap.I pref.*

[D227] **QUOD SACERDOTES RATIONEM REDDITURI SUNT PRO HIS QUI** {**PER** *add. sup. lin.*} **NEGLICIAM** {**NEGLIGENCIAM** *corr.*} **SUAM PEREUNT.**

**V**eraciter nosse debetis et semper meminisse: quia nos quibus regendarum animarum cura commissa est. pro his qui nostra negligentia pereunt. rationem reddituri sumus. pro his uero quos uerbis et exemplis lucrati fuerimus: premium eterne uite percipiemus. Nobis enim a domino dictum est. Vos estis sal terre. {Mt 5:13} **Q**uod si populus fidelis cibus est dei: eiusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote uestrum gradum. nostro gradui secundum et pene coniunctum esse. Sicut enim episcopi apostolorum in ecclesia: ita nimirum presbiteri ceterorum discipulorum domini uicem tenent. Et illi tenent gradum summi pontificis aaron. isti uero filiorum eius. **V**nde oportet uos semper memores. esse. tante dignitatis. memores uestre consecrationis. memores sacre quam in manibus suscepistis unctionis: ut nec ab eadem dignitate degeneretis. nec uestram consecrationem irritam faciatis. nec manus sacra unctione delibutas peccando polluatis. sed cordis et corporis munditiam conseruantes: plebibus exemplum bene uiuendi. et ducatum ad celestia regna prebeatis.

*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 104–05; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[ii])*
*C262*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 1*

[D228] **QUIBUS ARMIS UTI DEBEANT SACERDOTES.**

**O**portet uos assiduitatem habere legendi. et instantiam orandi. quia uita uiri iusti lectione instruitur[36] oratione ornatur. et assiduitate lectionis munitur homo a peccato. iuxta illum qui dicebat. in corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. {Ps 118:11} **H**ec sunt enim arma lectio. uidelicet. et oratio. quibus diabolus expugnatur. **H**ec sunt instrumenta quibus eterna beatitudo adquiritur. His armis uitia conprimuntur. his alimentis uirtutes nutrivntur.

*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 105; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[iii])*
*C263*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 2*

[D229] **DE OPERIBUS SACERDOTEM.** {*sic*} [f. 27v]

---

36 instruitur] *corr. from* instrui *?*

et[37] et quando a lectione cessatur: debet manuum operatio subsequi. quia ociositas inimica est anime. Et antiquus hostis quem a lectione siue ab oratione seu ab operatione uacantem inuenerit: facile ad uitia rapit. Per usum namque lectionis. discitis qualiter et uos uiuatis. et alios doceatis. per usum orationis et uobis et his quibus in caritate coniuncti estis: prodesse ualebitis. Per manuum operationem. et corporis macerationem: et uitiis alimenta negabitis. et uestris necessitatibus subuenietis. et habebitis quid necessitatem patientibus: porrigatis.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 106; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[iv])*
*C264*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 3*

[D230] **QUOD SACERDOTE MISSAM CELEBRANTE FEMINE AD ALTARE NON ACCEDANT.**
**N**emine. {*sic*} missam sacerdote celebrante: nequaquam ad altare accedant. sed suis locis stent. Memores enim esse debent {femine *add. sup. lin.*} infirmitatis sue. et sexus inbecillitatis. et iccirco sancta quelibet in ministerio ecclesie contingere pertimescat. {*sic*} Que. etiam. laici uiri pertimescere debent. ne oze penam subeant. qui dum archam domini extraordinarie contingere uoluit: domino percutiente interiit.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 107; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[v])*
*cf. C267*
*Source* *Coll.Wig.C 267 — THEODVLF Cap.I, 6 | abbrev.*

[D231] **QUOD SOLI SACERDOTI MISSAM CELEBRARE NON LICEAT.**
**S**acerdos missam solus nequaquam celebret. quia sicut illa celebrari non potest sine salutatione sacerdotis {et *add. sup. lin.*} responsione plebis: ita nimirum nequaquam ab uno debet celebrari. Esse enim debent qui ei circumstent. quos ille salutet. a quibus ei respondeatur. et ad memoriam illi reducendum est illud dominicum dictum. Vbicumque fuerint duo uel III congregati in nomine meo et ego in medio eorum sum {Mt 18:20}
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 108; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[vi])*
*C268*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 7, abbrev. Note: 'admonitione sacerdotis ... nihilominus plebis' probably omitted through homoioteleuton.*

[D232] **QUARE AD ECCLESIAM UENIENDUM SIT.**
**N**on debere ad ecclesiam ob aliam causam conuenire nisi ad laudandum deum. et eius seruitium faciendum. Deceptationes uero et tumultus et uaniloquia et ceteras {cetere *corr.*} actiones. ab eodem sancto loco penitus prohibenda sunt. Vbi enim nomen dei inuocatur. et deo sacrificium offertur: angelorum frequentia inesse. non dubitatur. Periculosum est tale aliquid dicere uel agere. quod loco non conuenit. Si enim dominus illos de templo eiecit. qui uictimas que sibi offerrentur. emebant uel uendebant: quanto magis illos iratus abiciet. qui mendatiis. uaniloquiis. risibus et huiuscemodi nugis: locum diuino cultui mancipatum fedant.

---
[37] et] *read* set

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 110; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[vii])*
*C271*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 10*

[D233] **QUOD NON DEBEANT FEMINE CUM SACERDOTIBUS HABITARE.**
**N**ulla femina cum presbitero in una domo habitet. Quamuis enim canones. matrem et sorores et huiuscemodi. personas. in quibus nulla sit suspitio cum illo habitare concedant: hoc nos modis omnibus idcirco amputamus. quia in obsequio. sub occasione illarum ueniunt alie que non sunt ei affinitate coniuncte et ei ad peccandum illiciunt.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 111; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[viii])*
*C273*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 12*

[D234] **QUALITER SACERDOTES SE AB EBRIETATE ABSTINEANT.**
**O**bseruandum uobis est. ut et uos ab ebrietate abstineatis. et ut plebes sub[f. 28r]dite. ut abstineant se: predicetis. et neque domos peragretis bibendo et comedendo. nisi forte paterfamilias quilibet ad domum suam uos inuitauerit. et cum coniuge sua et prole uelit uobiscum spiritali gaudio letari. et uerborum uestrorum refectionem accipere. et uobis refectionem carnalem caritatis officio exibere. Oportet enim ut si quando quilibet fidelium carnalibus uos reficiat epulis: a uobis reficiatur epulis spiritalibus.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 112; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[ix])*
*cf. C274*
*Source* *Coll.Wig.C 274 — THEODVLF Cap.I, 13, abbrev. Note: 'per tabernas eatis ...comedendo neque' probably omitted in D234 and 'accipere e tuobis refectionem' probably omitted in C274 through homoioteleuton*

[D235] **QUOD UNUSQUISQUE SACERDOS SUA ECCLESIA ET POPULO CONTENTUS SIT.**
**N**ullus presbiter fidelibus sancte dei ecclesie. de alterius presbiteri parochia persuadeat. ut ad suam ecclesiam concurrant: relicta propria ecclesia. et suas decimas sibi dent. sed unusquisque sua ecclesia et populo contentus: quod sibi non uult fieri alteri nequaquam faciat. iuxta illud euuanglicum. {*sic*} Quecumque uultis ut faciant uobis homines: hec eadem facite illis. {Mt 7:12} Quisquis autem contra hec instituta uenerit. aut his monitis nostris resistere teptauerit: {*sic*} aut gradum se sciat amissurum. aut in carcere {carceris xumpnam *(?) corr.*} longo tempore detinendum penitentiam agendi.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 112–13; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[x])*
*C275*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 14*

[D236] **QUOD NULLI BAPTISMI GRATIA A SACERDOTIBUS NEGETUR.**
**S**i paruulus egrotans ad quemlibet presbiterum baptismi gratia. de cuiuslibet parochia adlatus fuerit. ei baptismi sacramentum nullo modo negetur. Si quis hoc munus petenti concedere

detrectauerit. et ille absque baptismate mortuus fuerit: nouerit se ille qui eum non baptizauit pro eius anima rationem redditurvm.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 114; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xi])*
*C278*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 17*

[D237] **QUOD SACERDOTES SINE PRECIO DOCERE DEBEANT.**
**P**resbiteri per uillas et uicos scolas habeant. et si quilibet fidelium suos paruulos ad discendas literas eis commendare uult: eos suscipere et docere non renuant. sed cum summa caritate eos doceant. attendentes illud quod scriptum est. Qui autem docti fuerint: fulgebunt quasi spendor {*sic*} firmamenti. et qui ad iusticiam erudiunt multos fulgebunt quasi stelle in perpetuas eternitates. {Dn 12:3} Cum ergo eos docent. nichil ab eis precii pro hac re exigant. nec aliquid ab eis accipiant. excepto quod eis parentes. caritatis studio sua uoluntate obtulerint.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 116; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xii])*
*C281*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 20*

[D238] **QUOD OMNES FIDELES ORATIONEM DOMINICAM ET SIMBOLUM DISCANT.**
**C**ommonendi sunt fideles ut generaliter omnes a minimo usque ad maximum: orationem dominicam et simbolum discant. et dicendum est eis quod in hiis duabus sententiis. omne fidei christiane fundamentum incumbit. Et nisi qui has duas sententias et memoriter tenuerit. et ex toto corde crediderit. et in oratione sepissime frequentauerit: catholicus esse non poterit. Constitutum namque est ut nullus crismetur. neque baptizetur. neque a lauacro fontis alium suscipiat. neque coram episcopo ad confirmandum quemlibet teneat: nisi simbolum et orationem dominicam memoriter tenuerit. exceptis his quos ad loquendum etas minime perduxit.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 119; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xiii])*
*C283*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 22*

[D239] **QUOMODO FIDELES ORARE DEBEANT.** [f. 28v]
**D**icendum est etiam illis: ut singulis diebus qui amplius non. potest: saltem duabus uicibus oret mane. scilicet. et uespere. dicens simbolum siue orationem dominicam. siue Deus qui plasmasti me miserere mei. Vel. etiam. deus proipicius {propicius *corr.*} esto mihi peccatori. Et deo gratias agat pro cotidiane uite {uictualibvs *add. sup. lin.*} commeatibus. et quia se ad ymaginem suam creare dignatus sit: et a pecudibus segregare. **H**is actis. et solo deo creatore suo adorato: sanctos inuocet. ut ipsi intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. **H**ec faciant. quibus basilice locus prope est: in basilica. **Q**ui uero in itinere. aut pro qualibet occasione. in siluis aut in agris est: ubicumque eum ipsa hora matutina uel uespertina inuenerit: sic faciat. sciens deum ubique presentem. esse. dicente spalmista. {*sic*} In omni loco dominationes {*sic*} eius. benedic anima mea domino. {Ps 102:22} Et si ascendero in. celum: tu illic es. et cetera {Ps 138:8}
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 120; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xiv])*

*C284*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 23*

[D240] **DE OBSERUATIONE DIEI DOMINICE.**
**D**iei. uero. dominici quia in eo deus lucem condidit. in eo manna in heremo pluit. in eo redemptor humani generis sponte pro salute nostra mortuus resurrexit. in eo spiritum sanctum super discipulos infudit. tanta debet. esse. obseruantia: ut preter orationes et missarum solepnia. {*sic*} et ea que ad uescendum pertinent: nichil aliud fiat. **N**am etsi necessitas fuerit. nauigandi. siue iter agendi licencia datur. ita duntaxat. ut hac occasione misse et orationes non pretermittantur. **C**onueniendum est sabbato die cum luminaribus ad ecclesiam. conueniendum est ad uigilias siue ad matutinum offitium. conueniendum est etiam cum oblationibus ad missarum solempnia. Et dum ad ecclesiam conuenitur: nulla causa debet uel audiri. nulla iurgia sunt habenda. sed tantummodo deo uacandum est in celebratione sacrorum offitiorum. et exibitione elemosinarum. et in dei laudibus cum amicis proximis. et peregrinis spiritaliter epulandum.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 121–22; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xv])*
*C285*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 24*

[D241] **DE PERIURIO.**
**P**redicandum est etiam ut periurium fideles caueant. et ab hoc summopere abstineant. Scientes hoc grande scelus. esse. et in lege et prophetis. siue evvangelio prohibitum. **A**udiui enim quosdam paruipendere hoc scelus. et leuem quodammodo periuris penitentie modum inponere. qui nosse debent. talem de periurio penitentiam inponere debere: qualem et de adulterio. de fornicatione. de homicidio. et de ceteris criminalibus uitiis. Si quis uero perpetrato hoc periurio. aut quolibet criminali peccato timens penitentie longam erumpnam. ad confessionem uenire noluerit: ab ecclesia repellendus est. siue a communione et consortio fidelium. ut nullus cum eo comedat neque bibat. neque oret. neque in sua eum domo recipiat. simili[38] modo iudicentur. uel dampnentur falsi testes. quia falsus testis non erit inpunitus. [f. 29r]
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 123; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xvi])*
*cf. C287*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 26*
*Source (*simili modo ... inpunitus*)* *unidentified*

[D242] **DE PREDICATIONE SACERDOTUM. ET QUID IN SINODO DICERE DEBEANT.**
**H**ortamur uos paratos. esse. ad docendas plebes. Qui scpturas {scripturas *corr.*} scit. predicet scripturas. Qui uero nescit: saltem hoc quod notissimum est plebibus dicat. vt declinent a malo et faciant bonum. inquirant pacem. et sequantur eam. Quia oculi domini super iustos et aures eius ad preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala ut perdat de terra memoriam eorum. {Ps

[38] simili modo ... inpunitus] *possibly added afterward, though by the main hand (Hand A; not, as Brommer indicates, 'von anderer Hand')*

33:15–17} Nullus. ergo. se excusare poterit. quod non habeat linguam unde possit aliquem edificare. Mox enim ut quemlibet errantem uiderit. prout ualet et. potest. aut arguendo aut obsecrando. aut increpando ab errore retrahat. et ad peragendum bonum opus hortetur. Cum uero domino opitulante ad sinodum in unum conuenerimus: sciat nobis unusquisque dicere. quantum domino adiuuante laborauerit. et si forte nostro indiget adiutorio: cum caritate nobis insinuet. et nos nichilomi {*sic*} ei pro uiribus adiutorium ferre non differemus.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 125; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xvii])*
*C289*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 28*

[D243] **DE MODO ORATIONIS.**
Admonere debetis fideles. ut assiduitatem et studium habeant orandi. Ipse autem orandi modus talis. esse. debet. ut primum dicto simbolo fidei sue fundamento. dicat quisquis est tribus uicibus. Deus pius qui me plasmasti. miserere mei. {cf. Iob 10:8} et tribus uicibus. Deus propicius esto mihi peccatori. {Lc 18:13} et conpleat orationem dominicam. Si ergo locus aut tempus exigerit: deprecetur dei genitricem mariam. et sanctos apostolos siue martires: ut pro eo intercedant. Et armata fronte signo crucis. eleuatis cum corde et manibus oculis: deo gratias agat. Si uero tempus ad hec omnia peragenda minus sufficiens fuerit: sufficiat tantum. deus prius qui plasmasti me miserere mei {cf. Iob 10:8} et deus propicius esto mihi peccatori {Lc 18:13} et oratio dominica tantum cum gemitu et contricione cordis.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 126; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xviii])*
*C290*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 29*
*Source (*dei genitricem mariam et*)* *unidentified*

[D244] **DE CONFESSIONE FIDELIUM.**
**D**ebetis. etiam. unicuique penitenti. iniungere. et persuadere. ut de VIII principalibus uiciis confessionem faciat. et nominatim debet ei sacerdos. unumquodque uicium dicere. Est enim castrimargia. {*sic*} hoc est uentris ingluuies. Secunda fornicatio. III accidia siue tristicia. quarta auaricia. V[a] uana gloria. VI[a] inuidia. VII[a] ira. VIII[a] superbia. **D**e his debet diligenter inquirere. si aliquod perpetratum sit: confessionem siue penitenciam statim accipiat. **C**onfessiones. etiam. dande sunt de omnibus peccatis. que siue in opere. siue in locutione. siue in cogitatione perpetrantur. Quando ergo quis ad confessionem uenerit: diligenter debet inquiri. quomodo aut qua occasione peccatum perpetrauerit. et iuxta modum facti: debet ei penitencia iniungi.
*(ed. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 129, lines 22–29; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xix])*
*cf. C292*
*Source* *Coll.Wig.C 292 — THEODVLF Cap.I, 31 | abbrev., rearranged, adapted*

[D245] **QUOMODO FIDELES FILIOS SUOS DOCEANT.**
**A**mmonendi sunt fideles sancte dei ecclesie. ut filios suos et filias suas. doceant parentibus obedientiam exibere. **D**icente domino. honorifica patrem et matrem ut sis longeuus super terram. {Eph 6:2–3} [f. 29v] Nam et ipsi parentes erga filios suos ac filias suas modeste debent agere.

dicente apostolo. et uos parentes nolite ad iracundiam prouocare filios uestros. {Eph 6:4} Nam et hoc dicendum est eis. ut si illi genitali affectu parcere uelint iniuriis filiorum: non has inpune dominus abire sinet. nisi forte digna penitentia exibeatur. Et quia leuius est filiis. parentum quelibet flagella suscipere: quam dei iram incurrere.

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 131; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 23[xx])*
*cf. C294 first part*
*Source* *cf. Coll.Wig.C 294 — THEODVLF Cap.I, 33. Note: ‘et matrem ut sis longeuus super terram’ (Eph 6:2–3) in D245 not found in either source.*

[D246] **QUOD CARITAS NON IN CIBO ET POTU ESTIMANDA SIT: SED IN DILECT**[**IONE**] **DEI ET PRO**[**XIMI.**]

**A**mmonendus est populus. quod hec sit uera caritas qua {*sic*} deum diligit plusquam se. et proximum tanquam se. Et quod {*sic*} nichil uelit alii facere: nisi quod sibi uult fieri. pluraque que recensere longum est. Nam quicumque in potu et cibo. et dandis atque accipiendis rebus caritatem putant: non mediocriter errant dicente apostolo. Regnum dei non est cibus et potus. {Rm 14:17} Nam et ipsa quando cum caritate fiunt bona sunt: et inter uirtutes non putanda.

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 132; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 23[xxi])*
*C294 second part*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 34*

[D247] **QUID PREDICANDUM SIT MERCATORIBUS.**

**A**mmonendi sunt qui negotiis ac mercationibus rerum inuigilant. ut non plus terrena lucra quam uitam cupiant sempiternam. Nam qui plus de rebus terrenis. quam de anime sue salute cogitat: ualde a uia ueritatis aberrat. Et qui iuxta quendam sapientem. in uita sua perdidit intima sua. Sequendus. est enim in hac parte sicut et in ceteris: apostolicus sermo. qui ait. et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio proximum suum. Vindex est enim deus de his omnibus {1 Th 4:6} Sicut enim ab his qui labori agrorum et ceteris laboribus uictum atque uestitum et necessaria usibus humanis. adquirere inhiantes instant. decime et elemosine dande sunt: ita his quoque qui pro necessitatibus suis. negotiis insistunt: faciendum est. Vnicuique enim homini deus dedit artem qua pascitur. et unusquisque de arte sua de qua corporis necessaria subsidia habet: anime quoque quod magis necessarium est subsidium administrare debet.

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 132–33; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 23[xxii])*
*C295*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 35*

[D248] **QUID AGENDERIT** {**AGENDUM SIT** *corr.*} **IN PRIMA E**[**BDOMADA**] **QUADRAG**[**ESIME.**]

**E**bdomada prima ante inicium quadragisime {quadragesime *corr.*} confessiones sacerdotibus dande sunt. penitencia accipienda. discordantes reconciliandi. et omnia iurgia sedanda. et dimittere debent debita inuicem de cordibus suis. ut liberius dicant. dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. {Mt 6:12} et sic ingredientes in beate XL$^{me}$ tempus. mundis et purificatis mentibus ad sanctum pasca peraccedant. et per penitenciam se renouent que

est secundus baptismus. Sicut enim baptismus peccata: ita et penitentia purgat. Et quia post baptismum peccator denuo non. potest. baptizari. hoc medicamentum penitentie a domino datum est. ut per eam uice baptismi [f. 30r] peccata post baptismum diluantur. Septem modis peccata dimitti: scripture sancte demonstrant. Primo demonstrant in baptismate. quod propter remissionem peccatorum datum est. Secundo per martirium. iuxta illud quod ait psalmista. Beatus uir. cui. non imputauit dominus peccatum. {Ps 31:2} quia iuxta eiusdem dauid sententiam: remittuntur peccata per baptismum. teguntur per penitentiam. non inputantur per martirium. Tercio per elemosinam iuxta danielem. qui prophano nobugodosor {*sic*} regi ait. Peccata tua elemosinis redime. in misericordiis pauperum. {Dn 4:24} et illud. Ignem ardentem extinguit aqua. et elemosina extinguit peccatum. {Sir 3:33} Et dominus in evvangelio. Verumtamen date elemosinam. et ecce omnia munda sunt uobis. {Lc 11:41} Quarto si remittat quis peccanti in se peccata sua. Iuxta illud. dimittite: et dimittetur uobis. Date: et dabitur uobis. {Lc 6:37–8} Et illud. Sic et pater uester dimittet uobis peccata uestra: si remiseritis unicuique de cordibus uestris. {cf. Mc 11:25} Quinto: si per predicationem quis. et per bonorum operum exercicium: alios ab errore suo conuertat. iuxta illud quod ait apostolus. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uie sue: saluabit animam eius a morte et operiet multitudinem peccatorum. {Iac 5:20} Sexto per caritatem iuxta illud. Caritas operit multitudinem peccatorum. {1 Pt 4:8} Septimo per penitentiam. Iuxta quod ait dauid. Conuersus sum in erumpna mea dum configitur spina. {Ps 31:4}

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 133–35; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 23[xxiii])*
*C296*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 36. Note ‘Sexto per caritatem iuxta illud, caritas operit multitudinem peccatorum’ (1 Pt 4:8) probably omitted in C296 through homoioteleuton; ‘per iesum christum dominum nostrum’ perhaps omitted in D248 through homoioteleuton.*

### [D249] **DE QUADRAGESIMALI IEIUNIO.**

**I**psa autem quadrasima {quadragesima *corr.*} cum summa obseruantia custodiri debet. ut ieiunium in ea. preter dies dominicos qui ab abstinentia subtracti sunt: nullatenus resoluatur. Quia ipsi dies decime sunt anni nostri. quos cum omni religione et sanctitate transigere debemus. Nulla enim in his occasio sit resoluendi ieiunii. quia alio tempore solet ieiunium caritatis causa dissolui. isto. uero: nullatenus debet. Quia in alio tempore ieiunare. in uoluntate et arbitrio cuiuslibet positum est. In hoc uero. non ieiunare: preceptum dei transcendere est. Et in alio tempore ieiunare. premium abstinentie adquirere. est: in hoc. uero. preter infirmos aut paruulos. quisquis non ieiunat penam. sibi. adquirit. quia eosdem dies dominus et per moysem. et per heliam et per semetipsum sacro ieiunio consecrauit.

*(coll. [as ‘$O_1$’] BROMMER, Capitula episcoporum I, 136; catalog. SAVER, ‘Transmission’, item 23[xxiv])*
*C297*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 37*

### [D250] **DE ELEMOSINA CUM. IEIUNIO.**

Diebus. uero. ieiunii. elemosina facienda est. et cibum siue potum quo quisque uti debeat. si non {non *expunct.*} ieiunet. pauperibus eroget. quia ieiunare et cibos prandii ad cenam reseruare: non mercedis. sed ciborum est incrementum;
*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 137; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxv])*
*C298*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 38*

[D251] **QUALITER IN TEMPORE IEIUNII AD CIBUM ACCEDENDUM SIT.** [f. 30v]
**S**olent plures qui se ieiunare putant. mox ut signum audierint: ad horam IX[a] {*sic*} manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt. si ante manducauerint. quam uespertinum celebretur offitium. Concurrendum est enim ad missas. et auditis missarum. siue uespertinis offitiis. largitis elemosinis: ad cibum accedendum est. Si uero aliquis necessitate constrictus fuerit. ut ad missam uenire non ualeat. estimata uespertina hora. conpleta oratione. ieiunium absoluere debet.
*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 137; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxvi])*
*C299*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 39*

[D252] **DE QUADRAGESIMALI ABSTINENTIA;**
**A**bstinentia uero in his diebus pene omnium deliciarum. esse. debet. et sobrie et caste uiuendum. Qui. uero. ouis. caseo. piscibus. uino. abstinere. potest: magne uirtutis est. Qui autem his aut infirmitate interueniente. aut quolibet opere abstinere non. potest: utatur. tamen. ut ieiunium usque ad uesperum sollempniter celebret. et uinum. non ad ebrietatem. sed ad refectionem corporis sui sumat. **A** caseo. uero. lacte. butiro. et ouis[39] abstinere. et non ieiunare dementissimum est et ab omni ratione semotum. Uini enim ebrietas et luxuria. prohibite sunt. non lac et oua. Non enim ait apostolus. Nolite commedere lac et oua. Sed nolite inebriari uino in quo est luxuria. {Eph 5:18}
*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 138; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxvii])*
*C300*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 40*

[D253] **QUOD DIEBUS DOMINICIS. IN XL COMMUNICANDUM SIT.**
**S**ingulis diebus dominicis in XL preter hos qui excommunicati sunt. sacramenta corporis et sanguinis. christi. sumenda sunt. et in cena domini. et uigilia. pasce. et in die resurrectionis. domini: penitus ab omnibus communicandum est. et ipsi dies pascalis ebdomade omnes equali religione: colendi sunt.
*(coll. [as '$O_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 138–39; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxviii])*
*C301*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 41*

[D254] **QUOD NULLE LITES HOC TEMPORE. ESSE. DEBEANT.**

---

39 ouis] *corr. to* oui *?*

**I**n his ieiuniorum diebus nulle lites. nulle contenciones. esse. debent. neque debita repeti debent. sed in opere necessario persistendum. **A**rguit enim dominus. eos qui talia agunt. per prophetam dicens. Ecce in diebus ieiunii uestri inueniuntur uoluntates uestre. et omnes debitores uestros. repetitis. et {*sic*} ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie. {Is 58:3–4}
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 139; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxix])*
*cf. C302*
*Source* *Coll.Wig.C 302 — THEODVLF Cap.I, 42 | abbrev., adapted*

[D255] **QUOD HOC TEMPORE A CONIUGIBUS ABSTINENDUM SIT.**
**A**bstinendum est enim in his sacratissimis diebus a coniugibus. et caste et pie uiuendum. ut sanctificato corde. et corpore. isti sancti dies transigantur. et sic perueniatur ad sanctum diem pasce. quia pene nichil ualet ieiunium quod coniugali opere polluitur. et quod orationes uigilie et elemosine non commendant;
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 139–40; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxx])*
*C303*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 43*

[D256] **QUALITER POPULUS EUCHARISTIAM. ACCIPERE DEBEANT.** {*sic*}
**A**mmonendus est populus. ut ad sacrosanctum sacramentum corporis et sanguinis domini. nequaquam indifferenter accedat. [f. 31r] nec ab hoc nimium abstineat. sed cum omni diligentia atque prudentia eligat tempus. quando aliquandiu ab opere coniugali abstineat. et uitiis se purget. uirtutibus exornet. elemosinis et orationibus insistat. et sic: ad tantum sacramentum accedat. Quia sicut periculosum est inpurum quemque ad tantum sacramentum accedere: ita etiam. periculosum est ab hoc prolixo tempore abstinere. Sola ratione. hii qui excommunicati sunt. non quando eis libet. set certis temporibus communicant. et religiosis quibusque {*sic*} sancte uiuentibus qui pene omni die id faciunt.
*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 140; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxxi])*
*C304*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 44*

[D257] **QUALITER MISSE PECULIARES DICI DEBEANT. UEL CELEBRARI.**
**V**t misse que per dies dominicos peculiares a sacerdotibus fiunt. non ita in publico fiant: ut per eas populus a publicis missarum solempnibus. que hora III[a] canonice fiunt: abstrahatur. quia pessimus usus est apud quosdam. qui in diebus dominicis. siue in quibuslibet festiuitatibus mox missam audiunt. Etiam pro defunctis si audierit: accedit. et per totum diem. a primo mane ebrietati et commessationi potius deseruit quam deo. Admonendus est populus. ut ante publicum peractum offitium. ad cibum non accedat. et omnes ad publicam sanctam matrem ecclesiam missarum solempnia et predicationem audituri conueniant. Et sacerdotes per oratoria. nequaquam missas. nisi tam caute ante secundam horam celebrent: ut populus a publicis non abstrahatur. sed siue sacerdotes qui in circuitu urbis. aut in eadem urbe sunt. siue populus ut prediximus. in unum ad puplicam missarum celebrationem conueniant exceptis deo sacratis feminis quibus mos est ad publicum non egredi. sed claustris monasterii contineri.

*(coll. [as 'O$_1$'] BROMMER, Capitula episcoporum I, 141–42; catalog. SAVER, 'Transmission', item 23[xxxii])*
*C305*
*Source* *THEODVLF Cap.I, 45*

* * *

*There follows in Barlow 37, fols 31r–35v a series of texts on pastoral privilege and responsibility ('Block 7'), of which the following text (D258) is the final part*

*{Hand A stops at the bottom of fol. 34v; Hand D begins at the top of fol. 35r}*

[f. 35r ...]
[D258] **DE RAPINIS ECCLESIASTICARUM RERUM.** [f. 35v]
*(fol. 35r–v): De rapinis ecclesiasticarum rerum*
*(coll. [as 'B'] Cross, 'Atto of Vercelli', 243–44; catalog. SAVER, 'Transmission', item 29b)*
*C316 — cf. MS **G**, fol. 173v, which adds two additional canons to the end of this text; O28, which greatly adapts this text*

[D259] **DE REGE.**
**R**ex a regno {*sic*} dicitur. et ideo ut rector regere debet. Octo columpne sunt: que fortiter regnum iusti regis sufferunt. Prima columpna ueritas. est. in omnibus rebus regalibus. Secunda: pacientia. in omni negotio. Tercia: largitas in muneribus. Quarta: persuadibilitas {*sic*} in uerbis. Quinta: malorum correctio. uel contricio. Sexta: bonorum exaltacio. Septima: leuitas tributi in populis. Octaua: equitas iudicii inter diuitem et pauperem.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 29c[i])*
*C307 first part — cf. Polity.II 23–4 (= Polity.I 16–17), which translates this text into Old English*
*Source (*rex a regno ... regere debet*)* *unidentified, but cf. SEDVL.SCOTT. De rector.christ. 2 (ed. Dyson, 56, line 27); ISIDORE, Etym. 9.3.4; ALCVIN Epistola 18 (ed. Dümmler, 51, line 31)*
*Source (*octo columpne ... pauperem*)* *SEDVL.SCOTT. De rector.christ. 10 (ed. Dyson, 108, lines 7–13), abbrev.*

[D260] **ITEM.**
**S**vnt VII que omni rege {regi *corr.*} conueniunt. Deum timere. Veritatem iudicare. humilem in bonos. superbum in malos. pauperes pascere. ecclesiam dei adiuuare. inter propinquos et alienos similem. esse.
*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 29c[ii])*
*C307 second part — cf. Polity.II 25–30 (=Polity.I 18–23), which translates this text in Old English*
*Source* *Coll.Hib.B 27.22 (MS **A**, fol. 45r, corrected by Wulfstan's hand), all but last sentence, adapted slightly; cf. Coll.Hib.A 25.15.a, , which has 'haereditatem' for 'ueritatem'*

[D261] **S**apientia. est. decus et honor regis. In libro sapientie scriptum. est. Initium sapientie. {Sir 1:16} Salomon dicit. Timor domini apponit dies. et anni impiorum breui[f. 36r]abuntur. {Prv

10:27} Audite reges et intelligite. discite iudices terre: prebete aurem uos qui continetis multitudinem. {Sap 6:2–3} id est diuinam scripturam diligenter adtendite;

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 29c[iii])*
*C308*
*Source* *unidentified*

[D262] **ITEM**

**I**vsticia iusti regis. est: neminem iniuste iudicare. aduenis et pupillis et uiduis defensorem. esse. furta prohibere. adulteria punire. impudicos non nutrire. iniquos non exaltare. impios de terra perdere parricidas et periurantes de terra expellere. ecclesias dei detendere. {defendere *corr.*} pauperes pascere. iustos super regni negotia constituere. senes et sapientes ac deum timentes consiliarios habere. Magorum. phitonissarum atque insipientium supersticionibus non intendere. patriam fortiter contra aduersarios defendere. per omnia in deum confidere. fidem catholicam habere. filios suos impios {impie *corr.*} agere non sinere. certis horis orationi insistere. ante horas congruas cibum non sumere. sed tempore statuto. Omnia cum discretione agere. bonos adiuuare. malos dampnare;

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 29c[iv])*
*C309*
*Source (*ivsticia ... cibum non sumere*)* *Coll.Hib.A 25.4.a/Coll.Hib.B 27.10 (MS **A**, fol. 42v), first part, abbrev., adapted — PS.-CYPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, p. 51 line 9–p. 52 line 6) | abbrev., adapted*
*Source (*sed tempore statuto ... dampnare*)* *unidentified*

[D263] **ITEM.**

**I**usticia regis pax populorum. est: tutamentum patrie. munimentum gentis. cura langorum. {*sic*} gaudium hominum. fecunditas terre. solatium pauperum. hereditas filiorum. segetum habundantia. arborum fecunditas. uite prosperitas. spes future beatitudinis;

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 29c[v])*
*C310*
*Source* *Coll.Hib.A 25.4.a/Coll.Hib.B 27.10 (MS **A**, fols 42v–43r), second part, abbrev., rearranged — cf. PS.-CYPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, 53, lines 7–10)*
*Source (*uite prosperitas*)* *unidentified*

[D264] **ITEM.**

**I**tem alibi legitur. Prosperitas regni: misericordia regis. et exaltacio nominis eius in largitate. longitudo dierum eius in uero iuditio. Item salomon dicit. Misericordia et ueritas custodiuit regem. et roboratur clementia thronus eius. {Prv 20:28}

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 29c[vi])*
*C311*
*Source* *Coll.Hib.A 25.4.b–c/Coll.Hib.B 27.10 (MS **A**, fol. 43r), adapted*

[D265] **ITEM**

**I**vsticia boni regis patriam edificat. iniusticia iniusti regis patriam destruit. Scriptum namque est. Omnia membra: capud sequuntur. {cf. Rm 12:5} Iniquitas enim regis iniqui: pacem populorum. rumpit. et non solum presentis imperii fatiem {*sic*} sibi ipsi suffocat:[40] sed etiam in filios et nepotes ne regni hereditatem obtineant obscurat.

*(catalog.* S*AVER, 'Transmission', item 29c[vii])*
*C312*

| | |
|---|---|
| *Source (*ivsticia ... patriam destruit*)* | *unidentified* |
| *Source (*scriptum ... capud sequuntur*)* | *cf. DCAL.217.†85, c. 2, as in* P*S.-*I*SIDORE, Decretales (ed. Hinschius, 136)* |
| *Source (*iniquitas ... obtineant obscurat*)* | *Coll.Hib.A 25.3/Coll.Hib.B 27.9 (MS* ***A****, fol. 42v), partial, abbrev., adapted —* P*S.-*C*YPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, 52, lines 10–11 + p. 52 line 19–p. 53 line 2), adapted* |

[D266] **ITEM.**

**P**ropter piacula enim iniquorum regum: saul. ieroboam. achab. et ceterorum similium. semina eorum extinxit deus. ne regnarent in mundo.

*(catalog.* S*AVER, 'Transmission', item 29c[viii])*
*C313*

| | |
|---|---|
| *Source* | *Coll.Hib.A 25.3/Coll.Hib.B 27.9 (MS* ***A****, fol. 42v), last sentence, adapted — cf.* P*S.-*C*YPRIAN De duodecim abusivis 9 (ed. Hellmann, 53, lines 2–4)* |

[D267] **ITEM.**

**M**vlto enim melius est pauci temporis regnum legittimum. {*sic*} quam tirannicum longi temporis. et melior est exigua pars cum iusticia: quam multe possessiones cum iniquitate. Breuis. est. huius uite felicitas. caduca et fragilis temporalis potentia. et in exitu hora nobis incerta. unde festinet unusquisque. ne in iniquitatibus suis rapiatur. simulque finiatur uita cum culpa;

*(catalog.* S*AVER, 'Transmission', item 29c[ix])*
*C314*

| | |
|---|---|
| *Source (*mvlto enim ... cum iniquitate*)* | *Coll.Hib.B 27.12 (MS* ***A****, fol. 43r, corrected by Wulfstan's hand), adapted; cf. Coll.Hib.A 25.7, whose wording differs slightly; Coll.Tur. 65 —* G*REG.*N*AZIANZ.–*R*VFINVS Apologeticus 72 (ed. Engelbrecht, 56, lines 20–3)* |
| *Source (*breuis est ... temporalis potentia*)* | D*EFENSOR, Lib.scintill. 80.11 (ed. Rochais, 229, lines 1–2), abbrev.; cf.* S*EDVL.*S*COTT. Coll.in apost. excerpt. 63 (eds Frede–Stanjek, 802, lines 2–3) — cf.* S*ENECA, Controv. 2.1.1 (ed. Winterbottom, I, 204, lines 12–13)* |
| *Source (*et in exitu ... uita cum culpa*)* | D*EFENSOR, Lib.scintill. 80.20 (ed. Rochais, 230, lines 1–3) —* I*SIDORE, Sententiae 3.62.4 (ed. Cazier, 328, lines 15–18) \| abbrev., adapted* |

* * *

[40] suffocat] *read* suffuscat

*There follow in Barlow 37, fols 36r–39r Wulfstan's Sermo 8a, De chrismate (this text is incorporated into Sermo 8a in MS* ***O****), and an epitome of Hrabanus Maurus's De inst.cleric. 2.1–10 (see Jones, 'Wulfstan's liturgical interests', 352 no. 8).*

[f. 39r ...]
[D268] **DE IEIUNIO IIII$^{or}$ TEMPORVM.**
**Q**vatuor. esse. tempora tocius anni manifestum. est. fratres mei. uidelicet uer. estas. autumnus. et hiemps. et in singulis temporibus: singule ebdomade constant. in quibus ieiunia catholica et uniuersalis custodit ecclesia. **Q**ue ieiunia in antiquis temporibus constituta sunt per moysen domino precipiente. **I**n primo mense quando egressus. est. populus dei ex egypto. preceptum. est. illis VII dies azima comedere. et lactucas agrestes. et carnes agni ad uesperam. **I**n quarto uero mense preceptum. est. per moysen congregare filios israel in unum ad templum dei in ierusalem id est ad locum quem elegit dominus dicens. **C**um ingressi fueritis terram quam daturus est uobis dominus deus uester. et mensueritis segetem terre: feretis manipulos spicarum primitias terre uestre {Lv 23:10} coram domino deo uestro. et adorato domino reuertatur unusquisque in domum suam. **S**eptimi uero mensis tempore: manere in tabernaculis preceptum. est. filiis israel VII diebus. [f. 39v] **A**ffligetis inquit animas uestras {Lv 16:29} VII diebus. et comedetis azima. {Lv 23:6} **I**eiunium uero decimi mensis constitutum est a filiis israel. post regressum filiorum de captiuitate babiloniorum. et restauracionem templi. **Q**ue tempora ieiuniorum ita precepit romana auctoritas obseruare: ut in primo mense quem marcium uocant. in prima ebdomada IIII$^{te}$ et VI feria et sabbato ieiunandum sit. In quarto uero mense quem ivnium uocant. in secunda ebdomada. decretum est similiter obseruare. Et in VII$^{o}$ mense quem septembrem uocant. similiter in tercia ebdomada. esse. fatiendum. {*sic*} In decimo uero mense eadem ebdomada que imminet ante natale domini simili modo decretum est. In quibus sabbatis dum populus uniuersus ad ecclesiam conuenit ordinationes clericorum oportet fieri. scilicet ut dum hec ordinatio coram populo agitur. sub omnium testificatione electorum ordinatorumque opinio discuciatur. {*sic*} In concilio neocesariense scriptum est: ut nullatenus presbiter ordinetur ante XXX$^{mum}$ etatis annum. In concilio affricano ut uirgines non uelentur. nec diaconi ordinentur ante XXV annos. nisi rationabili necessitate cogente. **E**piscoporum autem ordinationes fieri oportet dominicis diebus. non in agris uel in uillis: sed in urbibus precipuis. pro tanti nominis dignitate. **H**ec ergo ieiunia fratres mei. rogo. et admoneo. ut deuote et humiliter cum bona uoluntate obseruetis. et ad ecclesiam conueniatis. quia non solum hec ieiunia obseruanda sunt. sed etiam omni tempore dum festiuitates preclare celebrantur: Et ideo hec que suggessimus caritati uestre. rogo ut deuotissime impleatis. quia serui dei et plebs dei uocati estis. redempti sanguine. christi. et uobis dominus per prophetam mandauit dicens. Seruite domino in timore. et apprehendite disciplinam ne pereatis de uia iusta. {Ps 2:11–12} Et dominus in euangelio ait. **S**i diligitis me: mandata mea seruate. {Io 14:15} et qui non diligit me: sermones meos non seruat. {Io 14:24} et alibi. dixit. **V**os amici. mei estis si feceritis que ego precipio uobis. {Io 15:14} Certissime sciat caritas uestra. fratres mei. quia quecumque uobis per sacerdotes mandata sunt: deuotissime implere debetis. quia angelus id est nuntius dei uocatus est sacerdos. et nobis qui nuntii dei sumus. quamuis indigni. dictum est a

domino. Qui uos audit: me audit. et qui uos despicit: me despicit. {Lc 10:16} Et in propheta. **Q**ui despicit sacerdotem: quasi interficiat uirum. et ne frangat animum uestrum si quod absit aliter agat sacerdos quam predicat. quia dominus in euangelio ait. Omnia quecumque dixerint uobis seruate et facite. secundum uero opera eorum nolite facere. dicunt enim. et non faciunt. {Mt 23:3} Si ergo hec que diximus impleueritis fratres mei. certissimum est quia et indulgentiam [f. 40r] peccatorum. et sanitatem corporis impetrare poteritis. et dabit dominus uobis pluuiam temporibus suis. et terra proferet germen suum. {Za 8:12} et beatos uos dicent omnes gentes. {Mal 3:12} Et non erit in uobis fames aut gladius. aut pestilentia aut tempentas. {tempestas *corr.*} aut siccitas: sed eritis populus sanctus redempti a domino. deo uestro et antequam inuocetis eum: dicet uobis. ecce adsum. {Is 58:9} quia misericors est dominus deus uester. **N**olite contempnere indictum ieiunium. uel letanias id est rogationes. uel deprecationes que a principibus nostris catholicis uel a sacerdotibus pro qualibet tribulacione. uel necessitate urgentur {*sic*} indicte sunt. quoniam qui historiam regum legit. potest intelligere quomodo iratus est dominus super populum israel pro indicto ieiunio. quod rex saul constituerat. et solus ionathas per quem uictoria de hostibus facta fuerat. nesciens hoc edictum gustauit paululum mellis. quia defecerat persequendo inimicos. et pro hac causa non potuit populus persequi ultra inimicos. nec accipere uictoriam de hostibus suis. Ideo ammoneo. ut quodcumque ieiunium uobis indictum fuerit: nullus presumat uiolare. ne iram dei incurrat. sicut populus ille fecit. Quia sicut diximus. dominus dixit. **Q**ui uos audit me audit et qui uos despicit: me despicit. {Lc 10:16} Scitote etiam fratres. quia de quadragesimali ieiunio in canonibus scriptum est. Qui infregerit unum diem in XL[a]: uel etiam quotcumque dies infregerit. tot. uel tantas alias quadragesimas ieiunet usque ad uesperam. abstinendo ab ipsis cibis. quas in XL[a] abstinere debet. **O**bedite ergo sacerdotibus uestris. quia pro uobis ipsi rationem reddituri sunt deo. Et si bene impleueritis precepta dei que ipsi uobis predicant. cum iudex uiuorum et mortuorum uenerit reddere unicuique secundum opera sua: {cf. Mt 16:27} tunc uos cum ipsis percipere poteris beatitudinem sempiternam. prestante domino nostro iesu christo qui in trinitate perfecta uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

*(coll. [as 'Y'] CROSS, 'Newly-identified', 73–6; catalog. SAVER, 'Transmission', item 33)*

*MS **H**, fols 23v–25r (coll. [as 'C'] Cross, 'Newly-identified', 73–6); also found in Cambridge, St John's College, MS B.20 (42), fol. 91r–v, Châlons-sur-Marne, Bibliothèque municipale, MS 31 (33), fols 6v–8v, and London, British Library, Cotton Vespasian D. ii, fols 19v–20v; 'in concilio neocesariense ... etatis annum': A14; 'in concilio affricano ... necessitate cogente': A15; 'episcoporum autem ordinationes ... nominis dignitate': A12 (C14, D12) — cf. A13 (C15, D13); I184/O156, which adapts this text; O36 and B108 (I108, O–), which adapts part of this text; B105 (I105, O85)*

| | |
|---|---|
| *Source (*qvatuor esse ... modo decretum est*)* | *unidentified* |
| *Source (*in quibus ... opinio discuciatur*)* | *Coll.Wig.A 13, adapted; cf. Coll.Wig.O 36; Coll.Wig.B 108 (I108, O–); Coll.Wig.I 184/O 156* |
| *Source (*in concilio neocesariense ... etatis annum*)* | *Coll.Wig.A 14, first part; cf. Coll.Wig.B 105* |
| *Source (*in concilio affricano ... necessitate cogente*)* | *Coll.Wig.A 15* |
| *Source (*episcoporum ... nominis dignitate*)* | *Coll.Wig.A 12* |
| *Source (*hec ergo ... precipio uobis*)* | *unidentified* |
| *Source (*certissime sciat ... et non faciunt*)* | *unidentified, but cf. WVLFSTAN De ven.sacerd.* |
| *Source (*si ergo hec ... dominus deus uester*)* | *unidentified* |

| | |
|---|---|
| *Source (*nolite contempnere ... de hostibus suis*)* | *unidentified, but cf. 1 Sm 14* |
| *Source (*ideo ammoneo ... canonibus scriptum est*)* | *unidentified* |
| *Source (*qui infregerit ... abstinere debet*)* | *ABBO SANGERM. Sermo 12 (ed. Önnerfors, p. 120, lines 4–7) — cf. PTHU.700.1, 11.4* |
| *Source (*obedite ergo ... seculorum amen*)* | *unidentified* |

[D269] **ITEM DE IIII[or] TEMPORIBVS.**

**Q**vatuor temporibus que ecclesiastice custodiunt. ad misse celebracionem dicitur a diacono flectamus genua quadragesimali more. sed et abstinentia ciborum cum magna custodiatur diligencia. excepto dum in pentecosten ebdomadam euenerit. **T**unc enim aliquantulum remissius pro tante sollempnitatis reuerentia agi oportunum diximus. **A**b antiquis romanis grece et latine legebantur XII lectiones IIII temporibus. propter. duas causas. unam quia aderant greci quibus incognita erat latina lingua. aderantque latini: quibus incognita erat greca. **A**t quia IIII[or] tempora annorum nos impendunt ad amorem dei IIII[or] ieiunia facimus. per singula quoque tempora suum ieiunium. In unoquoque ieiunio III dies sunt. quia unumquodque tempus III menses [f. 40v] habet. pro unoquoque mense singuli dies ieiunio consecrantur id est IIII et VI et VII feriis. **Q**uarta: quia in ea iudei consilium fecerunt ut occiderent christum. **S**exta: occiderunt eum. **S**eptima: romanorum. more ieiunium concluditur. propter tristiciam XII apostolorum quam habuerunt de morte domini. Per singulas quoque orationes solemus genuflectionem facere in XII lectionibus. excepto octauas pentecostes. **I**n sola illa oratione de camino ignis non flectimus genua unquam. ut separata sit nostra oratio que est ad unum uerum deum ab errore gentilium. sicut nabugodonosor errauit. quando conpellabat populum ut adorarent statuam quam fecit;

*(coll. [as 'Y'] CROSS, 'Newly-identified', 77–8; catalog. SAVER, 'Transmission', item 34)*

| | |
|---|---|
| *Source (*qvatuor ... oportunum diximus*)* | *Regularis concordia Anglicae nationis 9 (61) (ed. Symons, 60), abbrev.* |
| *Source (*ab antiquis ... incognita erat greca*)* | *AMALAR. Lib.officialis 2.1.1 (ed. Hanssens, 197, lines 2–5), abbrev., adapted* |
| *Source (*at quia ... tempora suum ieiunium*)* | *AMALAR. Lib.officialis 2.2.6 (ed. Hanssens, 202, lines 24–6)* |
| *Source (*in unoquoque ... ieiunio consecrantur*)* | *AMALAR. Lib.officialis 2.2.6 (ed. Hanssens, 203, lines 29–31)* |
| *Source (*IIII et VI ... de morte domini*)* | *AMALAR. Lib.officialis 2.2.12 (ed. Hanssens, 204, lines 28–31, adapted)* |
| *Source (*per singulas ... quam fecit*)* | *AMALAR. Lib.officialis 2.3.12–13 (ed. Hanssens, 209, lines 10–15), abbrev., rearranged, adapted* |

[D270] **EXCOMMUNICATIO CONTRA CONTEMPTORES LEGIS DOMINI ET INIMICOS[41] SANCTE DEI ECCLESIE.**

**A**vdite fratres karissimi. quod nunc prouocati agimus. omnipotens dominus ad benedicendum nos constituit non ad maledicendum. sed quia non est societas christi cum belial: neque pars fidelis[42] cum infidele: {cf. 2 Cor 6:15} maledicendo atque excommunicando inimicos legis christi

[41] inimicos] *corr. from* enimicos *?*

[42] fidelis] *not* fideli *as in Sauer*

ligamus. nisi ad satisfactionem uenerint. ne suis malis exemplis. non solum semetipsos: sed et alios in perdictionem {*sic*} pertrahant. **S**unt itaque incestuosi perplurimi. parricide. homicide. rapaces. fures. sancte ecclesie uiolatores. seu ecclesiasticorum graduum contemptores. quos oportet secundum diuersitatem culparum arguere. sed et alii ex illis magis uolunt perdurare in perpetratis criminibus quam sacerdotum ammonitionibus obedire. et saluti anime curam gerere. et ex illorum consortio qui ita rebelles existunt. sunt et isti quorum nomina subsequuntur. N. N. N. **H**ii uidelicet uenenato corde multum nocuerunt nos.[43] uel nostris conseruis. fratribus siue sororibus. seu huius sancte ecclesie seruulis: et necdum[44] cessabant a sua nequitia et malitia. **Q**uapropter segregandi sunt mali a bonis. ut segregat pastor. oues ab hedis. {Mt 25:32} siue scabrosos a sanis. **N**os autem segregando excommunicamus. et anathematizando ligagamus {*sic*} illos rebelles. N. a consortio christianorum omnium per omnipotenciam illius qui in euangelio locutus est dicens. quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum et in celis. et reliqua. {Mt 16:19; 18:18} **D**edit enim dominus apostolis et successoribus eorum id est episcopis. potestatem uidelicet ligandi atque soluendi. et precepit eis edificare et plantare bonos in domo domini. euellere et dissipare peccatores de domo dei id[45] est de ecclesia christi. **S**ic enim dicit dominus per ieremiam prophetam ad unumquemque episcopum. Ecce constitui te super gentes et regna ut euellas et dissipes et edifices et plantes [f. 41r] in domo domini. {Ier 1:10} **Q**a {**Q**ua *corr.*} eruditione edocti: ligamus et dissipamus inimicos sancte dei ecclesie de domo domini[46] N. et maledicimus eos per auctoritatem apostolice sedis et per episcopale consilium. ut nullam christianorum societatem habeant. ecclesiam[47] dei non ingrediantur. neque missa eis ab aliquo celebretur. **M**aledicti sint a patre et filio et spiritu sancto. si non uenerint ad penitenciam et emendationem congruam. Excommunicati sint de sancta maria uirgine matre domini nostri. iesu christi. et de beato michaele. gabriele atque raphaele archangelis. Maledicant eos cherubin et seraphin. throni. dominaciones. principatus et potestates. {cf. Col 1:16} et omnes uirtutes celorum. **M**aledicant eos XXIIII seniores qui ante thronum dei sedent die ac nocte. **M**aledicant eos C. XLIIII. M. innocentes.[48] qui pro christo passi sunt. **M**aledicant eos XII apostoli. maledicant eos omnes martires. Maledicant eos omnes sancti confessores. et omnes sancte uirgines et uidue. **A**ffligantur etiam dolore. gemitu. luctu. et tristicia: labore et miseria. adducetque super illos dominus famem et esuriem. et sicut dominus maledixit iudam quando magistrum negauit: et sicut maledixit dathan et abiron: ita sint et isti maledicti. **M**aledicti sint in

---

[43] nos] *not* nobis *as in Sauer*

[44] necdum] *not* nondum *as in Sauer*

[45] id est] *not* .l. *as in Sauer*

[46] domini] *followed immediately, and quite unexpectedly, by a punctus interrogativus (*'?'*)*

[47] ecclesiam] *not* ecclesiamque *as in Sauer*

[48] innocentes] innocent, *with macron over* t, *as if* innocentum

uia. maledicti in agro. maledicti in agro. {*sic*} maledicti in ciuitate. maledicti ingredientes et egredientes. **M**aledicti sint a planta pedis. usque ad uerticem capitis. et sint corpora eorum et anime combusta celesti iudicio. si ad emendationem congruam non uenerint. **D**eleanturque nomina eorum de libro uiuentium: nisi penituerint. et nisi ad satisfactionem uenerint extinguentur lucerne eorum. sintque amaranatha {*sic*} id[49] est pereant in secundo aduentu domini per secula. et dicant omnes amen. **P**roiciantque candelas per pauimentum ecclesie. et tunc sacerdos incipiat orationem ita dicens. **O**remus omnes deum patrem omnipotentem. ut sanctam ecclesiam suam pacificet. gubernet. et protegat. subiciens ei principatus. et potestates. detque nobis quietam et tranquillam uitam. et adiuuet ut stabili fide in confessione sui nominis perseuerare mereamur. per christum deum nostrum. kirieleison pater noster. **B**enedicamus patrem. **B**enedictus es. **B**enedicat nos omnipotens. et sacerdos solito more subsequentia misse peragat. et alta uoce dicat. **D**ominus uobiscum. Oremus. et cantor statim offertorium incipiat. et cetera.

*(coll. [as 'B'] SAVER, 'Exkommunikationsriten aus Wulfstans Handbuch', 291–93; catalog. SAVER, 'Transmission', item 35)*

*Note: this text perhaps a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*

*cf. I168/O163; I171/O166; I174/O171. Note: the rubric for this text is also found in the table of contents for Coll.Wig.B in MS* ***O****, p. vii*

| | |
|---|---|
| *Source (*avdite fratres ... satisfactionem uenerint*)* | *unidentified, but for 'omnipotens dominus ... maledicendum' cf. JEROME, Contra Rufin. 2.18 (ed. Lardet, 53, lines 39–40): 'ad benedicendum enim et non ad maledicendum creati sumus'* |
| *Source (*ne suis malis ... perdictionem pertrahant*)* | *Coll.Wig.I 168/O 163, last sentence* |
| *Source (*sunt itaque incestuosi ... parricide homicide*)* | *Coll.Wig.I 168/O 163, first sentence, adapted* |
| *Source (*rapaces fures ... graduum contemptores*)* | *unidentified, but cf. Coll.Wig.B 76 (I76/O57)* |
| *Source (*quos oportet ... culparum arguere*)* | *cf. Coll.Wig.I 165 and Coll.Wig.I 66/O 161* |
| *Source (*sed et alii ... anime curam gerere*)* | *Coll.Wig.I 168/O 163, second sentence, adapted* |
| *Source (*et ex illorum ... rebelles existunt*)* | *unidentified* |
| *Source (*sunt et isti ... subsequuntur N. N. N.*)* | *unidentified* |
| *Source (*hii uidelicet uenenato ... nequitia et malitia*)* | *unidentified* |
| *Source (*quapropter segregandi ... scabrosos a sanis*)* | *Coll.Wig.I 171/O 166 ('segregandi sunt ... morbo cetera pereant'), abbrev., adapted; for 'ut segregat pastor ... ab hedis' cf. Excommunicatio 6.1.1 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 436)* |
| *Source (*nos autem... in celis et reliqua*)* | *unidentified, but for 'a consortio christianorum omnium' cf. R2L 417 (ed. Hartmann, 444 line 24)* |
| *Source (*dedit enim ... plantes in domo domini*)* | *Coll.Wig.I 174/O 171 second part ('et propterea post apostolos ... plantes. in domo domini') — ABBO SANGERM. Sermo 13 (ed. Önnerfors, p. 125 line 20–p. 126 line 4) \| adapted* |
| *Source (*qua eruditione edocti ... ab aliquo celebretur*)* | *unidentified* |
| *Source (*maledicti sint a patre ... iesu christi*)* | *unidentified* |
| *Source (*et de beato michaele ... uirtutes celorum*)* | *unidentified, but cf. Excommunicatio 6.1.2 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 436); Excommunicatio 8.1 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 439)* |

[49] id est] *not* uel *as in Sauer*

| | |
|---|---|
| *Source (*maledicant eos XXIIII ... die ac nocte*)* | *unidentified* |
| *Source (*maledicant eos C. XLIIII. M. ... et uidue*)* | *cf. Excommunicatio 6.1.4–5 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 436)* |
| *Source (*affligantur etiam ... labore et miseria*)* | *unidentified* |
| *Source (*adducetque super illos ... famem et esuriem*)* | *cf. Excommunicatio 6.13 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 437)* |
| *Source (*et sicut dominus maledixit ... isti maledicti*)* | *unidentified* |
| *Source (*maledicti sint in uia ... egredientes*)* | *Excommunicatio 5.3–4 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 435), partial, abbrev. — R2L 2.416 (ed. Hartmann, 444, lines 9–11), abbrev., rearranged, adapted; cf. DLEO.936.*[50] *(PL 138, col. 1127A)* |
| *Source (*maledicti sint a planta ... uerticem capitis*)* | *Excommunicatio 4.7 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 435); cf. Excommunicatio 6.10, 8.26, 10.6 and 11.7 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 437, 440, 441)* |
| *Source (*et sint corpora ... non uenerint*)* | *unidentified* |
| *Source (*deleanturque nomina ... libro uiuentium*)* | *Excommunicatio 5.5 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 436), partial, adapted* |
| *Source (*nisi penituerint... lucerne eorum*)* | *Excommunicatio 8.4 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 439), abbrev., adapted; Excommunicatio 9.3 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 440), abbrev., adapted; cf. Excommunicatio 8.28 and 10.9–10 (ed. Liebermann, Die Gesetze, I, 440) — R2L 2.416 (ed. Hartmann, 444, lines 18–19), adapted* |
| *Source (*sintque amaranatha ... aduentu domini*)* | *R2L 2.416 (ed. Hartmann, 444, lines 14–15). Note: from the way it interrupts the syntax of 'extinguentur lucerne eorum ... per secula', it would seem that the phrase 'sintque amaranatha ... aduentu domini' originated as a marginal or supralineal addition; in subsequent copying it was carelessly inserted into the text before (rather than after) 'per secula'.* |
| *Source (*per secula*)* | *Note: see comment above.* |
| *Source (*et dicant omnes amen **...** incipiat et cetera*)* | *unidentified* |

## [D271] **DE HIS QUI POST EXCOMMUNICATIONEM CUM LUCTU PENITENCIE AD RECONCILIATIONEM UENIUNT.** [f. 41v]

**P**lacuit uniuerso senatui. ut hii qui excommunicati ad emendationem ueniunt: et indulgencie ueniam petunt: ac corde conpuncto penitencie subduntur. et cum intercessoribus ad portam cimiterii perueniunt: maneant illic discalciati laneisque induti. maneant ibi quousque eorum interuentores promoueant episcopum quocumque modo potuerint. **T**ardante autem episcopo. bis. aut ter. uel sepius aliquando suos interuentores ad illum mittant. flebiliter ueniant {ueniam *corr.*} rogantes. **P**rocedente ad ultimum episcopo. ante portam se prosternant: et super illos tunc dicat episcopus VII penitencie psalmos. cum precibus ceteris. Hac expleta oratione: sequantur

[50] Not in Jaffé–Löwenfeld. This decretal letter, better known as *Excommunicatio leonis papae*, was probably written by Pope Leo VII; see L.K. Little, 'Formules monastiques de malédiction aux XIe et Xe siècles', *Revue Mabillon* 58 (1975), 377–99, at 383–84. It circulated widely in the Middle Ages as part of *Pontifical.Rom.-Germ.*; see R.E. Reynolds, 'Rites of separation and reconciliation in the early Middle Ages', in *Segni e riti nella chiesa altomedievale occidentale*, 2 vols, Settimane di studio del centro Italiano di studio sull'alto medioevo 33 (Spoleto, 1987), I, 405–37, at 415.

episcopum ad ostium ecclesie: et singulos illos per manum tunc inducat. psalmum canens. miserere mei deus. {Ps 50:3; 55:2; 56:2} prosternanturque in pauimento ecclesie. **E**t post hec absoluat eos uice sancti petri apostoli. cui deus dixit. **Q**uodcumque ligaueris super terram. et cetera. {Mt 16:19} His peractis: progrediantur exterius. et induant se uestimentis suis optimis. et reuertentes ad episcopum petant benedictionem. panem quoque accipiunt {accipiant *corr.*} benedictum. edentes coram episcopo. uel cum episcopo. more penitentis filii substantia luxuriose deuorata. cui adgaudebat pater eius dicens. **A**dducite uitulum saginatum et occidite et manducemus et epulemur quia filius meus mortuus fuerat. et reliqua. {Lc 15:23–4} **H**isque peractis: incipiat cantor. Dedit pater penitenti filio. Gloria patri. Kirieleison. pater noster. Saluos fac. et reliqua. Et his ita rite gestis accepta benedictioe {*sic*} episcopale: {episcopali *corr.*} disiungant se singuli remeantes cum pace ad propria;

*(ed. HAMILTON, 'Absoluimus uos', 225–35; ed. HAMILTON, 'The Anglo-Saxon and Frankish evidence', 196; coll. [as 'B'] SAVER, 'Exkommunikationsriten aus Wulfstans Handbuch', 293–94; catalog. SAVER, 'Transmission', item 36)*

*Note: this text perhaps a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*

*cf. London, British Library, Vespasian D. xv, fols 57v–61r (ed. HAMILTON, 'Absoluimus uos', 225–35; ed. HAMILTON, 'The Anglo-Saxon and Frankish evidence', 195–96). Note: the rubric for this text is also found in the table of contents for Coll.Wig.B in MS **O**, p. vii*

*Source* *unidentified*

### [D272] **DE IIII^OR PRINCIPALIBUS SINODIS.**

**Q**vatuor. esse. uenerabiles sinodos conperimus. que totam principaliter fidem conplectuntur. quasi IIII^or euangelia. Prima: in nicea peracta est. Secunda: in constantinopoli congregata est. Tercia: in epheso edita est. Quirta {Quarta *corr.*} sinodus: in calcedonia habita est. **P**rima: a constantino imperatore ita statuta est. **P**ost multum uero temporis adeptus est constantinus filius constantii et sancte helene imperium tocius mundi. qui erat primus christianus ex imperatoribus. Ipse uero iussit congregare sinodum episcoporum in necea ciuitate. et conuenerunt illuc CCC^ti X^tem et VIII episcopi. in quibus multi erant qui miracula fatiebant. {*sic*} In qua arriane perfidie condempnatur blasphemia. Ipse namque arrius erat presbiter. in alexandria pessimus hereticus. qui noluit credere christum filium dei equalem et coeternum. et consubstantialem patri. **A**rrius tamen noluit dimittere suam heresim. quoadusque exirent omnia uiscera eius foras in latrina. et sic uacuus uentre turpiter mo[f. 42r]ritur. sicut uacuus erat fide. **S**ecunda uero sinodus CL patrum sub theodosio seniore constantinopolim congregata est: que macedonium episcopum negantem deum. esse. spiritum sanctum hereticum condempnans. consubstancialem patri et filio spiritum sanctum demonstrauit. **T**ercia autem sinodus ephesina CC^torum episcoporum sub iuniore theodosio augusto edicta est: que nestorium duas personas in christo asserentem iusto anathemate condempnauit. **Q**uarta enim sinodus calcedoniensis sex centorum XXX^ta sacerdotum sub martiano principe habita est. que euticen constantinopolitanum abbatem uerbi dei et carnis unam naturam pronuntiantem dampnauit. **F**uerunt etiam postea multe sinodi. sed hee IIII sunt principales fidei doctrina plenissime. que hereticos malignos condempnauerunt. et ecclesiastica officia statuerunt. **E**x hiis ergo sinodis accepimus simbolum quod ad missam canimus. nam apostoli breuiorem simbolum antequam abinuicem diuiderentur constituerunt. **D**ico uobis nunc

apertius clericis. quia hii sancti patres VII sinaxes canendas constituerunt. quas omni die singulis horis canere debetis. quarum prima est nocturnalis siue matutinalis sinaxis. Secunda: prima hora diei. Tercia: ipsa hora est quam terciam uocamus. **Q**uarta uero VI hora est. **Q**uinta nona hora est. **S**exta autem sinaxis: uespera hora est. **S**eptimam namque sinaxim. conpletorium uocamus. **H**as ergo VII sinaxes omni die debetis sollicite reddere deo pro uobis et pro omni populo christiano. sicut psalmista testatur dicens. **S**epties in die laudem dixi tibi super iudicia iustitie tue. {Ps 118:164} Et insuper missas non omittere. sicut fecerunt sancti patres. quos confessores nuncupamus. qui in castitate seruierunt deo. alii nunquam habentes uxores: alii uero si habuerunt dimiserunt. **D**e quibus ysaias propheta per spiritum sanctum locutus est dicens. **H**ec dicit dominus eunuchis. qui custodierint sabbata mea. et elegerint que ego uolui. et tenuerint fedus meum: dabo eis in domo mea et in muris meis locum. et nomen melius a filiis et filiabus. nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. {Is 56:4–5} **D**e istis eunuchis loquitur dominus in euangelio. qui se castrauerunt propter regnum celorum {Mt 19:12} quales erant apostoli. quorum primus dixit ad iesum. **E**cce nos reliquimus omnia. et secuti sumus te. {Mt 19:27} Et in eunuchis qui se castrauerunt propter regnum celorum: uterque sexus accipitur. qui mortificauerunt membra sua super terram. fornicationem. inmundiciam. passionem. desiderium malum. {cf. Col 3:5} donec perueniant omnes in uirum perfectum. Isti elegerunt que dominus uoluit. qui se totos in holocaustum offerunt deo. **N**am holocausta sunt que super altare integra concremantur. **V**ictime uero et hostie sunt. quarum pars offertur [f. 42v] altari. pars sacerdotibus traditur. Et uictimas offerunt: qui ad tempus uacant orationi. Eunuchi uero tenent fedus domini sempiternum. ut non ad tempus uacent orationi. et iterum ad idipsum reuertantur. {cf. 1 Cor 7:5} sed iuge sabbatum tenent id est otium ab omni opere seruili. quia qui facit peccatum: seruus est peccati; {cf. Io 8:34}

*(catalog. Saver, 'Transmission', item 37)*
*cf. Ælfric Ep.2 (in MSS **O**, **C** and **H**)*

| | |
|---|---|
| *Source (*qvatuor esse ... IIII$^{or}$ euangelia*)* | *Coll.Hib.B, prologue following preface (MS **A**, fol. 1r), first sentence — Isidore, Etym. 6.16.5 \| partial* |
| *Source (*prima in nicea ... ita statuta est*)* | *Coll.Hib.B, prologue following preface (MS **A**, fol. 1r–v) — Isidore, Etym. 6.16.6–9 \| partial, abbrev., adapted* |
| *Source (*post multum ... seruus est peccati*)* | *Ælfric Ep.2.46–78 (ed. Fehr, 41–4), abbrev. Note: a short passage regarding Arrius ('sed minorem dixit esse filium ideoque condempnauit eum anathemate prefata sinodus dicens filium coeternum et consubstantialem patri') is missing from this text, almost certainly due to homoioteleuton.* |

## [D273] **INTERROGATIO AUGUSTINI. RESPONSIO GREGORII**

**S**i post illusionem que per sompnium solet accidere. uel corpus domini quislibet accipere ualeat. uel si sacerdos sit sacra misteria celebrare. Et quidem hunc testamentum ueteris legis sicut in superiori capitulo iam diximus pollutum dicit nisi lotum aqua. eique usque ad uesperum intrare ecclesiam non permittit. **Q**uod tamen populus aliter spiritalis intelligens sub eodem intellectu accipiet: que prefati sumus. Et quasi per sompnium illudetur: qui temptatus inmundicia ueris imaginibus in cogitatione inquinatur. sed lauandus est aqua. ut culpas cogitationum lacrimis abluat. et nisi ignem prius temptationis reciderit: reum se quasi usque ad uesperum cognoscat.

**S**ed est in eadem illusione ualde necessaria discretio: que pensari subtiliter debeat. ex qua re accidat menti dordormientis. {*sic*} **A**liquando enim ex crapula: aliquando ex nature superfluitate. uel infirmitate euenerit: omni modo hec illusio non est timenda. **Q**uia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendum est quod fecisse. **C**um uero ultra modum appetitus gule. in sumendis alimentis rapitur atque iccirco humorum receptacula grauantur. habet exinde animus aliquem reatum. non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sancti misterii. uel missarum sollempnia celebrandi. cum fortasse aut festus dies exigit. aut exhiberi misterium pro eo quod sacerdos alius in loco deest: ipsa necessitas conpellit. **N**am si adsunt alii qui implere misterium ualeant: illusio pro crapula facta a perceptione sacri misterii prohibere non debet. sed ab immolatione sacri misterii abstinere ut arbitror humiliter debet. Si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. Nam sunt ita plerumque illusio nascitur. ut eorum animus etiam in sompno corporis positus. turpis {*sic*} imaginationibus non fedetur. **Q**ua in re unum ibi ostenditur: ipsa mens rea. non tamen uel suo iudicio libera. cum se et si dormienti corpore nichil meminit uidisse. tamen in uigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse. **S**in uero ex turpi cogitatione uigilantis oritur illusio dormientis. patet animo reatus suus. **V**idet enim a qua radice inquinatio illa processerit: quia quod cogitauit sciens: hoc pertulit nesciens. Sed pensandum est utrum ipsa cogitatio. suggestione. an delectatione: uel quod maius est peccati consensu acciderit. **T**ribus etenim modis impletur omne peccatum. Videlicet. suggestione. delectatione. consensu. Suggestio quippe fit: per diabolum. **D**electatio: per carnem. consensus: [f. 43r] per spiritum. quia et primam culpam serpens suggessit: eua uelud caro delectata est. Adam uelud spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio: inter suggestionem atque delectationem. inter delectationem atque consensum. iudicem sui presidere animum. **C**um uero delectari ceperit caro: tunc peccatum incipit nasci. **S**i autem etiam ad consensum ex deliberatione consentit: tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati si mens est: in delectacione fit nutrimentum. In consensu: perfectio est. **E**t sepe contingit. ut hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione: caro in delectationem trahat. nec tamen anima eidem delectacioni assentiat. Et cum caro delectari sine animo nequeat: ipse tamen animus carnis uoluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus. ut ei ex ratione contradicat ne consentiat. et tamen delectatione ligatus sit. sed ligatum se uehementer ingemiscat. **V**nde et ille celestis exercitus precipuus miles gemebat dicens. **V**ideo aliam legem in membris meis repugnantem. legi mentis mee. et captiuum me ducentem in lege peccati. que est in membris meis. {Rm 7:23} **S**i autem captiuus erat: minime pugnabat. sed et pugnabat. **Q**uapropter et captiuus erat. et pugnabat. Igitur legi mentis cui lex que in membris est repugnabat. Si autem pugnabat captiuus non erat. Esse {*sic*} itaque est homo ut ita dixerim captiuus liber. Liber: ex iusticia quam de lege. captiuus ex delectatione quam portat inuitus;

*(catalog. Saver, 'Transmission', item 38)*

*Note: if this canon is from BD 5.42–3 (cf. Saver, 'Transmission', 353), then it is a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*

*Source* — *BD 5.42–3; cf. PHAL.800.5.17; Bede HE 1.27 (ed. Plummer, 59–62) — DGRE.590.1843, c. 9. Note: two short passages ('infirmitate aliquando ex cogitatione contingit et quidem cum ex naturae superfluitate uel' and 'cum uero malignus spiritus peccatum suggerit in mente si nulla peccati delectatio sequatur peccatum omnimodo perpetratum non est') are missing from this canon, in each case probably due to homoioteleuton.*

## [D274] **QUOD DEBEAT DARI X[MA] ET DE PECORIBUS ET DE OMNIBUS TERRE FRUCTIBUS. EX CONCILIO MAGONTIENSI. CAPITULO XXXVIII[VO].**

**A**mmonemus atque precipimus: ut decimas omnino dare non negligatur: quas deus dare constituit. quia timendum est ut quisquis deo debitum suum abstrahit. ne forte deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 39a)*
*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source BD 3.131 — CMNZ.813.38*

## [D275] **EX CONCILIO ROTOMAGENSI. CAPITULO III[O].**

**O**mnes decime terre siue de fructibus siue de pomis arborum: domini sunt. et illi sanctificantur. {Lv 27:30} boues. et oues. et capre. que sub uirga pastoris transeunt quicquid decimum ueuerit: {*sic*} sanctificabitur domino. **N**on eligetur nec bonum nec malum. nec altero commutabitur. **S**i quis mutauerit: et quod mutat et quod mutatum est sanctificabitur domino. et non redimetur. {Lv 27:32–3} **S**ed quia multi inueniuntur modo decimas dare nolentes: statuimus ut secundum domini nostri iesu christi preceptum. ammoneantur semel. et secundo. et tertio. **S**i non emendauerint: [f. 43v] anathematis uinculis constringantur. usque ad satisfactionem et ad emendationem congruam.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 39b)*
*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*
*Source BD 3.130 — CMNZ.852.3, partial (ed. Hartmann, 242, lines 10–18)*

## [D276] **QUOD AUCTORITATE UETERIS LEGIS DANDA SIT X[MA]. EX CONCILIO MAGUNCIENSI. CAPITULO V.**

**D**ecimas[51] deo et sacerdotibus dei dandas abraham factis iacob promissis insinuat. **D**einde lex statuit et omnes doctores sancti commemorant. et profecto dignum erat ut israelite decimas pecorum et frugum et omnium primitiarum domino darent: qui eos liberauerat a decem plagis quibus egyptios percussit. et in nouissima plaga primogenita cunctorum disperdidit. gratiamque suis prestitit. ut impetratis peccuniis {*sic*} spoliarent egyptum. **D**e quibus decimis augustinus doctor uenerabilis dicit. **D**ecime ex debito requiruntur. **Q**uod si diceret certe meus est {*sic*} homo. mea est terra quam colis. semina mea quam spargis. mea animalia que fatigas. meus est solis calor. et cum omnia mea sint: tu qui minus accommodas solam decimam uix merebaris. sed reseruo tibi nouem: da mihi decimam. Si non dederis mihi decimam auferam tibi nouem. **S**i dederis mihi X[mam]: multiplicabo tibi IX. **C**um itaque iudaicus populus preceptum decimarum tanta diligencia obseruare uoluit: ut de quibuscumque rebus minimis ruta uidelicet et menta et cumino ut ipse dominus testaretur {testatur *corr.*} decimam daret. cur non maiori studio plebs euangelica eandem impleat iussionem. et cui maior numerus est sacerdotum. et sincerior cultus sacramentorum? **I**deoque ergo dande sunt: ut hac deuocione deus placatus. largius prestet que necessaria sunt que {que *expunct.*} sicut superius ostendimus. et ut sacerdos ac magister ecclesie

---

51 decimas] *a red line drawn through this word*

cura ac sollicitudine necessitatum corporalium. sine quibus hec uita transigi non potest. releuati liberiores fiant ad meditationem diuine legis. et doctrine administrationem. atque spiritualis seruitii explecionem. et ut unius {*sic*} populi in cotidiana oblatione domino immoletur. necnon statuta canonica in sustentationem pauperum. et restaurationem ecclesiarum proficiat. **Q**uatuor enim partes iuxta canones fieri de fidelium oblationibus debent. Vt una sit episcopi. altera: clericorum. tercia: pauperum IIII[a]: ecclesiis reparandis;

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 39c)*

*Note: this canon a later, unauthorized addition to the Wigorniensis*

*Source* — *BD 3.133 — WALAHFRID STRABO Libellus de exordiis 28 (in Capitularia regum Francorum, eds Boretius–Kraus, II, 474–516, at 512–13); 'decime ex debito ... multiplicabo tibi IX': ultimately from CAESARIVS, Sermones 33.3 + 33.2 + 34.3 (ed. Morin, 145–46, lines 15–16 + p. 145, lines 26–32 [abbrev.] + p. 148, line 14 [adapted])*

*The following two canons have been added in the margin of Barlow 37, fol. 43v by Hand A. If meant as glosses on the text, there is no indication on the page of to which canons they pertain; nevertheless, the subject matter (the rewards of tithing, injunctions to tithe, quoting pseudo-Augustine [really Caesarius's Sermo 33]) indicates that the glossator was prompted by D276 (on the purpose and scriptural origin of the tithe, quoting pseudo-Augustine [really Caesarius's Sermo 33]). The glossator appears to have recognized that D276b draws on the same pseudo-Augustinian source material as D276.*

[D276a] Ieronimus.

hortor uos fideles atque commoneo. ut inferatis decimas in horrea. hoc est in tesauros {thesauros *corr.*} templi. ut habeant sacerdotes atque leuite qui deo ministrant cibos. et probate deum si non tantas pluuias effuderit: ut catharacte {chatharacte *corr.*} celi aperte esse credantur. et effundam uobis benedictionem: usque ad habundantiam. {Mal 3:10} Verbum effusionis nomen largitatis ostendit.

*Source* — *GRATIAN, C. 16 q. 1 c. 65, partial — JEROME, Comm.in Malachiam, vers. 3:8–12 (ed. Adriaen, CCSL 76A, 935, lines 303–09*

[D276b] Avgustinus.

Si dederis decimam. non solum habundantiam fructuum recipies: sed etiam salutem corporis et anime consequeris. Non igitur dominus deus premium postulat {set *add. sup. lin.*} honorem. deus enim noster qui dignatus est totum dare: X[am] a nobis dignatus est accipere. non sibi sed nobis sine dubio profuturam. Sed si tardius dare. peccatum est. quanto magis peius peccatum est non dedisse? De militia. de negotio. de artificio: redde decimas. Cum enim decimas dando. et terrena et celestia possis premia promereri quare pro auaricia duplicem benedictionem fraudas? Hec est enim dei iustissima consuetudo. ut si tu illi decimam non dederis: tu ad X[am] reuoceris. Dabis impio militi: quod non uis dare sacerdoti. Benefacere deus semper paratus est: sed hominum malitia prohibetur. Decime enim ex debito requiruntur. et qui eas dare nolunt: res alienas inuadunt. et quanti pauperes. et cetera. Qui ergo sibi aut premium conparare aut peccorum {*sic*}

[****]derat {desiderat *corr.*} indulgentiam promereri: reddat decimam. et de IX partibus: studeat elemosinam facere pauperibus.

*Source* *GRATIAN, C. 16 q. 1 c. 66, partial — CAESARIVS Sermo 33.1–3 (ed. Morin, p. 143 line 4–p. 146 line 8), partial*

[D277] **DE OFFITIO MISSE. DE CANONIBUS EXERPTA.**

**O**fficium[52] quidem misse magna ex parte ad solum pertinet sacerdotem. cui sacrificandi data est licentia. et ueneranda misteria consecrare. **E**t ideo sacerdotes procurent magnopere. ut sint prius innocentes. mansueti. sobrii. et humiles. **D**einde cum casto corpore et mundo corde accedant ad benedicendum dei sacrificium. conseruantes semper mundiciam cordis et corporis. ne [f. 44r] irritam faciat {*sic*} consecrationem quam in manibus cum magna promissione susceperunt. nec ab huius unquam unctionis dignitatibus degenerent. **N**am et oblationes quas in sacrificio deo offerant. aut a semetipsis aut a discipulis ab eis bene eruditis nitide ac studiose preparentur. et diligenter obseruetur. ut panis et uinum. et aqua. sine quibus nequaquam misse celebrantur. pura et munda fiant. quia si aliter agatur: non solum ab altare domini. et a conuiuio sanctorum separabuntur: sed etiam cum his qui acetum cum felle mixtum obtulerunt domino in passione crucis. nisi cito de his uera penitentia negligentiis ante exitum uite subuenerit punientur. **S**acerdos enim: personam habet christi. Altare uero crucem christi significat. **P**anis extensus super altare: corpus domini demonstrat extensum in cruce. **V**inum et aqua in calice: monstrant sacramenta que de latere domini in cruce fluxerunt. id est sanguis et aqua. **S**acramentum {*sic*} itaque dictum est quasi sacrum factum. quia pace {*sic*} mistica consecratur in memoriam pro nobis dominice passionis. cuius panis et calicis sacramentum: eucharistiam greci dicunt. quod latine bona gratia interpretatur. Ideoque cotidie corpus christi offertur. et sanguis. ne obliuioni passio eius tradatur. Ipse enim dicit. Quociescumque hoc feceritis: in meam commemorationem facite. {1 Cor 11:25} sacramenta quippe ecclesiastica: sunt baptismum et crisma. corpus christi et sanguis. que ob id sacramenta dicuntur. quia sub tegumento corporalium rerum. iustus {*sic*} diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. **V**nde et a secretis uirtutibus uel a sacris sacramenta dicuntur. **V**nde grece misterium dicitur. quod secretam et reconditam habeat dispensationem.

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 40)*

*C319; MS **O**, pp. 163–64 (titled 'De officio et mysterio missae'); MS **H**, fols 79v–80r (where the title 'De officio missae' is added in Wulfstan's hand); 'officium quidem ... subuenerit punientur': also in MS **Pk**, fol. 159r–v, where it is titled 'De officio misae [sic] et misterio atque orationibus canonicorum horarum; Sermo Rabani Mauri' (cf. CROSS, Carolingian sermonary, 41; CROSS–TVNBERG, Copenhagen Wulfstan collection, 23) — cf. B109 (I109, O–), which adapts part of this text*

*Source (*officium quidem ... misteria consecrare*)* *MS **Pk**, fol. 159r — HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 2.1 (ed. Zimpel, 344, lines 3–5), abbrev., adapted. Note: this passage not found in the selection of material from HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 2.1–10 on fols 37r–39r.*

*Source (*et ideo sacerdotes ... dignitatibus degenerent*)* *MS **Pk**, fol. 159r–v*

*Source (*nam et oblationes ... subuenerit punientur*)* *MS **Pk**, fol. 159v; 'et diligenter obseruetur ... subuenerit punientur': cf. Coll.Wig.B 109 — 'et diligenter obseruetur ...*

---

[52] officium] *a red line drawn through this word*

| | |
|---|---|
| | *misse celebrantur': THEODVLF Cap.I, 5 (ed. Brommer, 107, lines 2–3), partial, adapted* |
| *Source (*sacerdos enim ... christi significat*)* | *unidentified* |
| *Source (*panis extensus ... sanguis et aqua*)* | *AMALAR. Lib.officialis 4.47.3 (ed. Hanssens, 542, lines 18–21), abbrev.* |
| *Source (*sacramentum itaque ... gratia interpretatur*)* | *ISIDORE, Etym. 6.19.38; HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 1.32 (ed. Zimpel, 338, lines 9–13) \| abbrev.* |
| *Source (*ideoque cotidie ... commemorationem facite*)* | *unidentified* |
| *Source (*sacramenta quippe ... id sacramenta dicuntur*)* | *ISIDORE, Etym. 6.19.39–40, partial; HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 1.24 (ed. Zimpel, 316, lines 3–7) \| adapted* |
| *Source (*vnde grece ... habeat dispensationem*)* | *ISIDORE, Etym. 6.19.42, last sentence; HRAB.MAVRVS De inst.cleric. 1.24 (ed. Zimpel, 316, lines 12–13)* |

*The following canon has been added in the margin of Barlow 37, fol. 44r by Hand A. If meant as glosses on the text, there is no indication on the page of to which text it pertains; nevertheless, the subject matter (that priests shall have assistants at mass) suggests that the glossator was prompted by D277 (on the purity of priests who give mass; exposition of the sacrament of mass).*

[D277a] Toletanum concilivm.

Illud diuini oraculi momentis singulis precauentes quo scribitur. Ve soli. quia si ceciderit: non habet subleuantem. {Ecl 4:10} Summopere nobis cauendum est et uerendum. ut horis illis atque temporibus quibus domino spallitur {*sic*} uel sacrificatur unicuique diuinis sigulariter {*sic*} officiis insistenti. pernitiosa passio. uel corporis ualitudo occurrat que aut corpus subito obrui faciat. aut mentem alienatione uel. terrore confundat: huiusmodi ergo casibus precauentes. necessarium duximus instituere. ut ubi temporis uel loci. siue clerici copia suffragatur: habeat quisque illic sacrificans. post se. uicini solaminis adiutorem. Vt si aliquo casu ille qui offitia inpleturus accedit. turbatus fuerit: uel ad terram elisus: a tergo semper habeat qui eius uicem exequatur intrepidus.

*Source* *GRATIAN, C. 7 q. 1 c. 15 — CTOL.675.14*

[D278] **SERMO SACERDOTIBVS UTILIS.**

**O** sacerdotes domini dico uobis modo: quod ante non dixi. **I**n cena domini oportet crisma consecrari. quare? **Q**uia in illa die christus cetera crismata noui testamenti incoauit. **O**mni anno celebrat ecclesia cenam domini. et passionem. et resurectionem {*sic*} ita et omni anno nouum crisma consecrat ecclesia. et quoniam damus uobis sanctificatum oleum tribus modis sanctificatum id est oleum sanctum. et oleum crismatis. et oleum infirmorum. **C**um oleo sancto debetis signare infantes in pectore. et inter scapulas. antequam mittantur in fontem baptismatis. et postquam ascenderint de lauacro. debe {debere *corr.*} signare eos in uertice cum oleo crismatis in modum crucis. et in fontem baptismatis debetis mittere oleum crismatis antequam infantes in eo mergantur. **E**t non licet aquam baptismatis spargere super homines postquam crisma in eam [f. 44v] missum fuerit. ne bis baptizentur. **C**um oleo infirmorum debetis unguere infirmos sicut

apostolus iacobus docuit. ut alleuet eos dominus. et si in peccatis sint: dimittentur eis. {Iac 5:15} Ipsi autem infirmi debent confiteri peccata sua sacerdoti. et rogare humiliter ut eos unguant. et non licet eos unguere nisi rogent. et confessionem faciant. **E**t si conualescant ex infirmitate: licet eis manducare carnem. et uti coniugio cum timore dei. Et si iterum uel tercio infirmentur: licet eos unguere. et infirmus debet accipere communionem: quando eam deglutire. potest. Nec licet mittere communionem in os seminecis: quando eam glutire non potest. quia debet manducare eam sicut scriptum est. **Q**ui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum: in me manet et ego in eo. {Io 6:56} **Q**uidam uero infirmi sunt tam hebetes. ut estiment se ideo mori si communionem accipiant. et nos dicimus si omni die cum fide accipiat: non nocebit ei. sed proficit ad remissionem peccatorum. et ad tutelam contra insidias diabolicas. **E**t hoc scitote quod infantibus baptizatis statim debetis dare communionem. et omni die quamdiu in albis sunt: debent habere missam. et parentes eorum pro ipsis offerant. debetis modo habere tria uascula munda et consignata ad tam sancta dona tenenda. **H**oc est ampullam ad oleum sanctum. ampullam ad oleum crismatis. ampullam ad oleum infirmorum. quia non audemus hec tria crismata simul miscere in uno uase. quoniam singillatim sanctificata sunt ad singula misteria. et uos debetis singillatim. scitote etiam quod non licet habere conuiuium in ecclesia dei. nec secularia colloquia nisi orationes sanctas. et qui in ecclesia uigilant non manducent in ea nec bibant. quod si faciunt deum irritant. **E**t scitote quia calices debent omni ebdomada lauari. et ipsa aqua lauationis fundi circa altare. **E**t sanctificate salem et aquam omni dominica die ante missam. et spargite per ecclesiam et super populum adstantem. et in domibus uestris. et tenete ipsam aquam usque ad alteram dominicam. **E**t scitote quia non licet celebrare missam cum solo uino nec cum sola aqua. sed debent miscere simul uinum et aqua. quia uinum significat nostram redemptionem per sanguinem christi. et aqua significat populum dei pro quo ipse passus est. **D**ebet namque sacerdos dei sollicite curare. ut oblatio eius munda sit et non uetusta. et mixtura quam in calice miscet liquida sit et pura. quia dicit propheta. **M**aledictus qui facit opus dei negligenter. {Ier 48:10} Ideoque non debet quislibet cecus celebrare missam. quia non potest uidere si mundum est quod offert. **M**agnam itaque gloriam et magnam mercedem adquirit sibi sacerdos apud deum: qui bene et caste ei ministrat. et satis sancta est uita sacerdotum et ministrorum dei in clero: si ordines suos in ministrando sollicite et caste et honeste custodiant. **V**os decet. esse. magistros. et [f. 45r] docere discipulos. non carnales filios: sed spiritales. quia maximum lucrum inde potestis adquirere. sicut dicit daniel propheta. **Q**ui autem docti fuerint. fulgebunt quasi splendor firmamenti. et qui ad iusticiam erudiant multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. {Dn 12:3} Quidam uero presbiteri implent alabaustrum suum de sacrificio quod in pascha domini sanctificant. et conseruant per totum annum ad infirmos. quasi sanctior sit ceteris sacrificiis. sed nimium insipienter agunt. quia nigrescit et putrescit tamdiu conseruatum. et liber penitencialis pro tali negligencia penitenciam docet magnam. aut si a muribus comestum sit. aut ab auibus raptum. **T**am sanctum est sacrificium quod hodie sanctificatur. quam illud quod in die pasche consecratum est. et ideo debetis a dominica in dominicam. aut per duas. uel maxime per tres ebdomodas {*sic*} tenere sacrificium in alabaustro mundo ad infirmos ne nigrescat aut putrescat. si diutius seruetur. **N**am in lege moysi ponebant sacerdotes semper omni sabbato panes

propositionis calidos in tabernaculo coram domino. et in sequenti sabbato sumebant illos soli sacerdotes et edebant. et alios nouos pro eis ponebant. Licitum est nobis et uobis uiuere de sorte dei id est de donis que in munere deo offeruntur. sed non licet ui extorquere. quia ministri dei debemus esse non exactores. **P**resbiter missam celebrans et non audens sumere sacrificium acusante conscientia sua: anathema est. quia minus peccatum est sumere sacrificium quam sanctificare indignus. **E**t qui aliquid gustauerit aut edendo aut bibendo non presumat legere nec epistolam nec euangelium. quia si facit: deum inhonorat. et seipsum condempnat. Qui bis unum sacrificium consecrat: similis est illi qui unum infantem bis baptizat. et uterque anathema est. **E**t non licet aliquid ponere in ecclesia dei. nec uasa. nec utensilia. nec granum. nec aliquid nisi que ad ministeria ecclesiastica pertinent. **S**ufficit sacerdotoi {sacerdoti *corr.*} unam missam in una die celebrare. quia christus semel passus est. et totum mundum redemit. **N**on modica res est missam facere. et ualde felix est. qui unam celebrare digne poterit. **Q**uidam tamen pro defunctis unam faciunt. et alteram de die si necesse. est. **N**am qui pro pecuniis aut adulationibus secularium presumunt plures in una die facere missas: estimo non euadent condempnationem. **U**idi etiam et audiui aliquos ad unam missam dicere X uel XII uel XV collectas ante epistolam. et post communionem similiter. quod nobis ualde ineptum. et indecens uidetur. **U**nam solam sufficit dicere. aut III siue V et maxime VII. **U**idi etiam in sancto canone. id est Te igitur. terribiliter peruersum. siue auctum contra fidem. sed cauendum est de talibus et corrigendum per recta exempla. **C**auendum est quoque sacerdotibus. ut non sint iudices in condempnacionem hominis. **N**on enim sacerdos constitutus ad hoc: ut sit iudex. furum aut latronum. [f. 45v] et si mihi non credis: audi uerba christi. **D**ixit quidam de turba ad iesum. **M**agister dic fratri meo. ut diuidat mecum hereditatem. **A**t ille dixit ei. Homo. quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? {Lc 2:13–14} christus qui omnia nouit. noluit iudicare de una hereditate. et tu estimas te posse sine culpa de furibus aut latronibus iudicare? **C**aue. ne forte dicatur tibi a christo. **Q**uis te constituit iudicem furum et latronum? Nam christus mittens discipulos ad predicandum. dixit eis. **I**te. **E**cce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. {Lc 10:3} Nam agnus innocens est. et non habet morsum malicie. **Q**ui uero iudex aut aut {*sic*} occisor latronum est: non potest inter agnos innocens conputari. **E**t ueraciter apostoli neminem persecuti sunt. neminem occiderunt. sed ipsi multas persecutiones pro fide christi. et ad ultimum mortem perpessi sunt. Seculares iudices debent iudicare de furibus. et latronibus. quia canones prohibent episcopos uel clericos de his iudicare. **E**t paulus dicit. Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. {2 Tim 2:4} **S**i fures te persequuntur: scito quia multe sunt tribulaciones iustorum. et de omnibus his liberauit eos dominus. {Ps 33:20}

*(catalog. SAVER, 'Transmission', item 41)*

| | |
|---|---|
| *Source* | *ÆLFRIC Ep.3.1–37, 41–9, 63, 68–88 (ed. Fehr, 58–67), abbrev. Note: two short passages after 'uos debetis singillatim' and 'scitote etiam quod non licet' are omitted, probably through homoioteleuton.* |

*The following two texts have been added in the margins of Barlow 37, fols 44v and 45r by Hand A. If meant as glosses on the text, there is no indication on the page of to which text sections they pertain; nevertheless, the subject matter of D278a (the medical and spiritual value of consecrated ointment, i.e the oil for healing the sick and the oil*

*of catechumens) and of D278b (why balsam is added to [consecrated] oil [the chrism?]) point to D278's 'damus uobis sanctificatum ... uos debetis singillatim' (Fehr, cc. 4–22: on the uses of the three oils: 'holy' oil, the chrism, and oil for the sick).*

[D278a] Quare preceptum est. ut ex oleo consecrato infirmi et cathecumini ungantur. Ideo ut ex uisibilibus: inuisibilia facilius capiantur. Sicut enim oleum fugando infirmitatem et recreat artus fessorum et lumen prestat[53] eis: sic credendum est quod in unctione olei consecrati. quod est signum fidei: peccata fugando: sanitatem anime confert. et lumen ei praestat.[54] Oleum uisibile in signo est. Oleum inuisibile in sacramento. Oleum spirituale intus est. Ex oleo infirmorum auctoritatem accepimus ab apostolis. Ex oleo cathecuminorum: ab apostolicis uiris. Potest deus oleum spirituale. sine corporali: tribuere. Sed quia apostoli pro infirmis. apostolici pro cathecuminis. hac arte usi sunt: non sine peccato. potest. dimitti. quia eorum auctoritas consecrauit. Sicut antiqui iusti sine circumcisione placuerunt deo. Sed postquam eis preceptum fuit ut circumciderentur: euenit quod nisi hec facerent. peccati uinculis tenerentur.

*Source* *Liber quare 19 (ed. Götz, 10) — cf.* AMALAR. *Lib.officialis 1.12.3–5 (ed. Hanssens, 67–8)*

[D278b] Quare balsamus additur oleo. Ideo quia oleum per artus fessorum recreat. rectam conuersationem significat. Balsamus qui boni odoris. et odorem foris parat:[55] doctrina significat. Vbi hec duo coniuncta fuerint perfectum faciunt seruientem. Balsamus ideo oleo additur. ut omnes qui ex eo uncti fuerint operante gratia spiritus sancti. conuersationem. doctrine iungere nitantur. hec autem duo id est uita et doctrina sunt connexa in VII donis spiritus sancti propter que crismalis unctio fit. Sapientia primum et intellectus. Sapientia ad uitam. intellectus: ad doctrinam. Consilium ad doctrinam. fortitudo ad uitam. Scientia ad doctrinam: pietas ad uitam. Spiritus timoris: ad uitam. habet crisma offitium per se. Inchoatur. ad sursum corda. finitur: ad per dominum nostrum.

*Source* *Liber quare 25 (ed. Götz, CCCM 60, 12–13) — cf.* AMALAR. *Lib.officialis 1.12.12, 1.12.19, 1.27.24 (ed. Hanssens, 70, 73, 147–48)*

*Source (*spiritus timoris ad uitam*)* *unidentified*

[D279] **ORDO AD REUOCANDOS PENITENTES EX PENITENTIALI ROMANO. DE CONFESSIONE ET PENITENCIA ET RECONCILIATIONE. ET EORUM INTERROGATIONE QUI PECCATA SUA CONFITERI DESID[ER]ANT.**

*(fols 45v–59r): an augmented version of PPGR.800. Several ordines confessionis precede the penitential on fols 45v–47r ('Credis in deum patrem omnipotentem et filium et spiritum sanctum? ... Si nosmetipsos iudicaremur, non utique iudicaremur'; 'Nunc tibi uitia principalia sunt*

---

[53] prestat] prat *with macron over* r; *cf.* parat *for* prestat *in Coll.Wig.D 278b*

[54] praestat] prat *with macron over* r; *cf.* parat *for* prestat *in Coll.Wig.D 278b*

[55] parat] *read* prestat

*explicata ... affectus presentis seculi, horror et desperatio futuri'; 'Ergo si superbus fuisti usque modo, humilia teipsum in conspectu dei ... de his et de omnibus sceleribus meis uenia et indulgentiam consequi merear'; 'Scito, O homo, nullum tibi aduersari potuisse nisi deus potestatem dedisset ... In ipsa est tibi censura supplicii que fuit causa peccati'; 'Vt bene uiuerem ultro promisi, quod pollicitus sum numquam seruaui ... per me multorum propositum maculatum est; per me nomen sanctitatis laceratum est'; 'Affeccionum insuper qualitates IIII habere debemus ... dei gratia in corde nostro presentem esse sciamus'). The rubric '**LIBER PENITENTIALIS INCIPIT DE GRAUISSIMO HOMICIDIO. EPISCOPORUM. DOMINORUM. SACERDOTUM. PARENTUM. HEC EST CONSTITUCIO DE HOMICIDIO**' on fol. 47r marks the beginning of a series of penitential chapters ('Quicumque homicidii {sic} sponte patrati, VII annorum spacio penitentiam agit ...Quo expleto, dic ter "in manus tuas commendabo spiritum meum; redemisti me domine deus ueritatis", conuentu idipsum ter respondente'), many of which are drawn from BD 19 ('Corrector sive medicus)'. The PPGR.800 proper begins on fol. 50v with the rubric '**HIC INCIPIUNT IUDITIA PENITENCIUM. ET QUE SIT UERA REMISSIO PECCATORUM**' and continues to fol. 54v. There follows a series of penitential chapters ('Penitencia laicorum excerpta a domino fulberto carnotensium episcopo ... atque in quinta feria, que est dominica cena, ad metropolitanam sedem iterum domno pontifici reconsignentur') which ends on fol. 59r. A number of hand changes occur within this penitential, namely on fols 51v, 52r, 54v and 55v. Substantial marginalia have been added by Hand A on fols 46v, 47r, 50v, 51r, and 51v. While the additions before and after the PPGR.800 cannot originally have formed a part of the Wigorniensis, it is possible that the PPGR.800 itself did.*

*{Hand A resumes}*

*There follows in Barlow 37, fols 59r–61v a series of texts on the sacrament of communion, drawing on such authorities as Augustine, Ambrose, Hrabanus Maurus, Gregory the Great, and Lanfranc; thus, a later, unauthorized addition to Coll.Wig. As I argue above, a new section of Barlow 37 appears to begin on fol. 62r.*